

A C T A

SS. MARTYRUM

O R I E N T A L I U M

E T

O C C I D E N T A L I U M

IN DUAS PARTES DISTRIBUTA

מִתְּחִלָּה הִתְחַלְּתִּי לְכַתֵּב
בְּלִשׁוֹן חֲדָשׁ

ACTA
SANCTORUM MARTYRUM
ORIENTALIUM
ET
OCCIDENTALIUM
IN DUAS PARTES DISTRIBUTA

A D C E D U N T

ACTA S. SIMEONIS STYLITAE
OMNIA NUNC PRIMUM SUB AUSPICIIS


JOHANNIS V.
LUSITANORUM REGIS

E BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA PRODEUNT

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS

Chaldaicum Textum recensuit, Notis Vocalibus animavit, Latine vertit,
Admonitionibus, perpetuisque Adnotationibus illustravit,

P A R S I.



ROMAE MDCCXLVIII.

Typis Josephi Collini.

PRAESIDUM PERMISSU.



JOHANNI QUINTO LUSITANORUM REGI PIO VICTORI PACIFICO

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS
SEMPITERNAM FELICITATEM



Olent, REX MAGNE, atque omni
re Potentissime, qui laborum suo-
rum conatus inscribere cujuspiam no-
mini cupiunt, illud in primis ani-
mo diligenter prospicere, ut ne
quid offerant Mecoenatibus suis,
quod ab eorum moribus sit alienum; neve quidquam
taliū rerum exhibeant, quibus aut ipsi non studeant,

a

aut

aut quibus minime delectentur . Id enim est Natura comparatum , ea praecipue ut cuique maxime sapiant , quorum usu & consuetudine eorum vita instituitur ; quippe quae vel opera diutius impensa , vel animi propensione quadam ductuque facile adriperunt . Quare non videt nemo , quantum desiperet , qui Magni , & Sapientissimi Regis Patrocinium suis vigiliis quaereret , quin vitae prius , studiorumque ipsius rationem investigaret , quibus oblationem suam aestimare , metiri que posset , num ea sit huiusmodi , quae & summo Principi probari queat , & ejus Ingenio , atque Virtutibus conformetur . Etsi enim qua late suppetunt , rerum & disciplinarum genera , instinctu quodam Naturae praecipuo , & singulari Dei beneficio , sublimioribus inter homines Potestatibus universa mirabiliter patent ; ut qui omnibus praesunt , omnia judicio suo , & aestimatione comprehendant : nihilque , licet imperivium , in unaquaque re , aut reconditum eorum sapientiae & notionibus subtrahatur ; quare & belli , pacifque artes , quae sunt fundamenta Reipublicae , velut a Majoribus traduces , cum lacte imbibunt , & perspicaci vi quadam mentis , quid bonum sit , quid honestum , quid pulchrum , aut liberale , quid denique absurdum nefasque penitus introspiciunt ; tamen ut mortalium ingenia , quemadmodum oris habitus , diversa atque alia in omnibus , magis , minusque , aut rebus , aut cognitionibus adficiuntur ; propterea fit , ut qui Regnorum

impe-

imperio nascuntur, suo quique studio propensius ferantur, & ad nominis gloriam, populorumque felicitatem non una, eademque ratione grassari, enitique contendant.

Age nunc, REX INVICTISSIME, Tua illa Pietas, & Religio, quae una videtur esse in Tuis magnis Virtutibus maxima, Tua illa, inquam, Pietas, qua omnium mortalium aures celebrantur, quae ubique gentium ad imitandum Christianis Principibus ostentatur, quae Tecum regnat, Tecumque res belli, pacisque publicas administrat, persuadere mihi, de hujusce Operis Dedicatione deliberanti, facile potuit, cui potissimum deberetur; Tibi uni scilicet, quem omnium Europae Regum religiosissimum, & Sacrarum rerum, & Disciplinarum amore flagrantissimum Europa ipsa tota de-
miratur, & praedicat.

Itaque quum magnae Tuae laudes, nullis eae quidem limitibus definiantur, sintque in omnia Virtutis, & Gloriam spatia amplissime propagatae, atque in Te uno Prudentia, Moderatio, Constantia, Comitas, Fortitudo, Beneficentia, Consilium, ceteraeque Maximorum Imperatorum, & Principum dotes amice conspiciant univrsae; Religio tamen, cujus vinculo adstricti, & religati sumus, quod hac conditione gignamur omnes, ut iusta Deo, & debita obsequia praebemus, ita eminent atque excellit, ut quum pluribus Ipse, iisque implicatissimis curis, quot esse solent in immensa fere

marium, terrarumque diffitarum Dominatione, maxime distinear; in eo tamen totus esse videare, ut res Divinas, & Sacrorum dignitatem, & cultum majestatemque Templorum, & Christianae rei vel tuendae, vel amplificandae studium dumtaxat mediteris.

Id in caussa fuit, quare elaboratum nuper vigiliis multis, & pertinaci labore confectum hoc meum Opus Tibi, REX MAXIME, quod ad Religionem pertineret, Religiosissimo Principi nuncupandum putavi, certus omnino, gratum nihil magis, acceptumque JOHANNI QUINTO, REGI a Pietate, a Moribus, a Religione clarissimo, exhiberi posse, quam strenuorum, & sanctissimorum Virorum pro Fide, pro Moribus, pro Religione fortiter gesta, ad commune bonum, decusque Christiani Nominis, & traditae a Patribus Disciplinae. Enimvero haec summa est Operis, quod exhibemus. Inveſta nuper non multos ab hinc annos in Apostolicam Vaticanam Bibliothecam quum fuerint Orientalium, qui in Perside passi sunt, & Occidentalium Martyrum Monumenta Chaldaice conscripta; nova subinde Actorum Collectio, quae tamdiu desiderantur, si demum concinnari, adornarique potuisset, ratus sum, fore ut rei Christianae commodo, atque incremento coeptum hujusmodi quam maxime conducere, atque Eruitorum cupiditati votisque abunde fieret per me satis. Ea quippe partim jam scribentes auferant oblivione temporum conscripta; partim vero corrupta, luxata, inter-

interpolata, quae prae manibus circumferuntur, genuinis hifce recens inventis Codicibus minime respondebant. Incidit ergo menti confilium, ut inedita, & a quadringentis supra mille annis, quae olim pulvere fituque obfita delituerant, luce publica donarentur, Adnotationibus perpetuis adjectis & Admonitionibus, ad Historiae nitorem, & temporum intelligentiam. Vulgata vero, sed mendis, anachronismis, vanisque & putidis fabulis involuta, recentiorum adcurata critice Eruditorum adhibita, ad primigeniam fidem & veritatem exigere, Chaldaicis praesertim Commentariis nativo sensu donatis, quem imperitia sermonis, aut saltem Interpretum oscitantia corruerat. Utrumque pro votis addidit. Nam ex MSS. Codicibus I. & II. Nitriensibus, facem memoriae illorum temporum praefertentibus, quorum subinde germana veritas in Admonitionibus adparebit, quae olim sub Sapore Secundo, cui nomen Longaevus, & sub Vararane Quinto, Persarum Tyrannis, necnon sub aliis Romanorum Imperatoribus, Certamina sanctissimi Praefules, omnisque generis Viri, & Mulieres pro Christo, infracto animo, devoraverint, nullo negotio exhibito, exponere datum est, & supposititiis commentis excussis, atque exsibilatis fabulatoribus, sinceram Martyrum, & Martyriorum Historiam gloriosis Ecclesiae Fastis adjicere ad aeternitatem.

En Tibi, REX MAGNE, & occasio scribendi, mihi divinitus facta, & Scriptorum materies, Tuis sub Auspi-

spiciis feliciter in medio posita, ut ipsa quidem per se gravis & summa, atque omnium praecipua & clarissima Augusti Nominis Tui magnitudine & majestate compareat Augusta magis, magisque inclarescat. Vides ergo argumentum Operis ad Te pertinere, quia pertinet ad Religionem. Adverte, quaeso, nunc animo, quot aliis nominibus Tibi debeatur. Ea quippe sunt, quae licet alio spectare, ob rerum naturam atque habitudinem, videantur; ad unam tamen eandemque Animi Tui Pietatem & Religionem referri possunt. In Perfide primum Martyria, quae haec describuntur, peracta sunt: Perfaeque Martyres, quorum pro Christo, pro Legibus, sacrisque Ritibus fides, constantia, robur invictum exponitur, Ecclesiae palmas suo sanguine pepererunt. At Regibus Lusitanis Perfidis Imperium, si quando eliminata barbarie, illud tandem ab iniqua possessione vindicari contingeret, delatum esse, fatentur omnes, qui tyrannidem in Oriente debacchantium Praedonum diris omnibus devoent; negantque, eos Christianas olim Provincias, injuria armorum subactas, sibi habere nunc posse, aut jure legitimae Dominationis retinere.

Quod nî ita esset, Sacra illa & percelebris in Hierosolymâ expeditio, tot linguis & literis clara, cui tandem probari posset? Tot deinde ferarum Gentium Regna ditissima & prope immensa, a Christianis olim inlato bello occupata, num modo a cervicibus jugum servile

vile deſicere prohiberentur , quod iis non adio repetundarum lege lata atque juſſa , ſed vis praeceps , & rabi- da dominandi , aut opum congerendarum maleſuada cupiditas impoſuiſſet ? Itaque in Tuo ſata , **REX MAGNE** , Tibi etiam Dominii jure naſcuntur . Tua ſunt praeconia Perſarum Martyrum , quia ad Religionem pertinent , quia ad Regnum Tibi caelitus deſtinatum ; quia ad Eccleſiam in Oriente adhuc ſuperſtitem referuntur ; quam Tu Ipſe propterea pervigili Paſtorum praefidio , Evangelii Praeconibus indefeſſis , Aerarii Tui largitate profuſa uſque eo ſuſtentas , & protegis , ut ſine Te , ſine Tuis opibus , ſine magnanima Tuæ miræ Pietatis cura penitus intercideret .

Equidem ita ſentio , **JOHANNEM QUINTUM** , non uno quidem , ſed omnibus dignum Regnis , animi ſui magnitudine , Regnorum omnium , ſi poſſet , bonum felicitatemque complexurum , ſive id Pacis artibus , ſive Belli conatibus ſit comparandum ; utriſque enim ita ſemper , initio Regni auſpicato , perfecit , ut ſibi unam Virtutis laudem adipiſcendam propoſuiſſe videatur . Conſcripſit olim **REX MAGNUS** Exercitus , inſtruxit Acies , Classes comparavit : hoc enim maxime Regium eſt , Armorum ſcientia praeflare , nec ſolum legibus Principatum , ſed gladio , ſi quidem oportuerit , ſuſtinere ; nec Deus fruſtra Principum latus , majeſtatemque , non eam , ſcilicet , ad perniciem & ſcelus , ſed ad Populorum ſalutem , & Religionis incolumitatem ſanctitatemque tuendam ar-
mari

mari iussit. Quare Arcam Foederis Propheta Rex saliens praevit, uti suam Deo Fidem, Religionemque probaret: idemque, ubi tempus aderat, quo solent Reges bella pugnare, quanto conspersus pulvere in agmine versabatur! Quanta animi firmitate circumstantes Regno Nationes, Ethnicis superstitionibus detestabiles, expugnabat; ne fidelibus populis vel calamitatem inferrent, vel Religionis officia turbarent! Haec imago Tui expressa, REX POTENTISSIME. Vix inito Imperio, quum incendio bellorum maximo late vicinia arderet, essentque dissidia partium non modo acerbissima, & in ipsis Populorum visceribus inveterata, sed omni praeterea exterarum gentium conluvione distracta, illud occurrit animo statim, ne quid detrimenti caperet ex temporum perturbatione, aut publica Regni cura, aut quae facile armorum licentia labefactatur, libertas, & puritas Religionis. Hinc transitus per Tua Regna transmarini Militis omnino innocuus, licet is esset, qui nobiscum eadem opinando, minime consentiret. Hinc Templis, Sacrisque rebus, & Sacerdotibus reverentia, quies, dignitas cauta. Quumque Tuarum Copiarum conjunctio amici, & cognati Principis jura protegeret, donec Deus, rebus inter partes ex aequo & bono compositis, causam utrinque implicatissimam inopinatis eventibus definiret, adfidius hortator aderas revocandae tranquillitatis; ut Civibus salvis, re placida, reconciliata concordia, per Pacem Tibi liceret ea perficere
ad

ad Ecclesiae bonum & incrementum, quae subinde absoluta & perfecta Tuae Pietatis memoriam ad posteros, imo vero ad aeternitatem propagare laetamur.

Haec una dumtaxat Tibi ratio semper fuit parandi Belli: haec eadem paratum, susceptumque, parata Victoria, feliciter conficiendi; ut Tua, nimirum, Arma vim & injuriam a Populis propularent; ut sartam, tectam, integramque Religionis dignitatem a scelere, & prophanis hominibus tuerentur. Europa, atque Asia, & qua late Oceanus Americam, atque Africam adluit, quod omnes memorant, atque aeternis laudibus efferrunt, fatis abunde testantur. Corcyra testis in primis Italiae, atque adeo totius Christiani nominis propugnaculum. Actum erat omnino de Arce illa munitissima, circumfusis terra marique Barbaris, suisque nunc Orbis Regina cervicibus imminentem immanissimum Asiae Tyrannum Roma ipsa metueret; nisi illuc instructa Classis Tuarum Navium adpulsa praesenti ope futuram rei Christianae calamitatem depulisset. Ut hercle tum trepida despondit animum, desperata victoria, Piratarum illa conlucies! Ut inhorruit tota, ubi Lusitanis ratibus constratum mare longe lateque patuit, excidium clademque ultimam, modo inhibere voluisset, Grassatorum gregi impurissimo minitantibus! Sed facta fuga, repente dilapsus est, toto Belli adparatu Tentoriis, Impedimentis, Munitionibus, Signis, rerumque copia ad obsidionem parata prope infinita, in Christianorum po-

testatem redactis : ut quod olim Caesar fati sibi esse jactabat , in hostium venire conspectum , ut vinceret , potiori jure de Te , **REX POTENTISSIME** , Tuisque Classibus praedicari in Corcyrensi Victoria posse omnibus videatur . Quamobrem immortales Tibi agere gratias Christianus Orbis universus , atque etiam habere gestiet memoria temporum sempiterna ; referre autem pro meritis nunquam poterit . Haec in Europa , atque in ipsis Italiae oculis gesta . Quae vero in Oriente , atque Asiae finibus , quaeve in Brasilia , atque Africa omnium sermonibus celebrantur , multo majora . Goam , Indiarum emporium opulentissimum , diuturna jam obsidione circumseptam , ferme ab interitu vindicasti : hoc est , **Armamentarium Religionis** , ac veluti stationem quamdam atque custodiam , in qua Evangelii Praecones ad veritatis promulgationem , curamque excubant , ab unguibus Ipse belluarum saevissimarum & faucibus eripuisti ; ita sane , ut , disjectis caesisque Barbarorum turmis , seu potius gregibus , Urbem Tuae Ditionis amplissimam , atque Indicae Christianitatis negocium pene ad incitas , premente bello , redactum , submissa ope firmissima , sospitaveris . Quid referam Brasiliensium , quid Tingitanae provinciae turbas , ut Christi jugum excuterent , concitatas ? Debellatum ubique est feliciter ; Tuaque virtute factum , ut & suus Deo cultus ac reverentia , & Tua Tibi dignitas ac potestas adfereretur .

Haec itaque ratio Bellorum Tuorum , nullo unquam

quam tempore a Religionis caussa & ratione sejuncta, quum Tibi innumeras terra marique palmas meruerit, illud etiam effecit, ut futuris aetatibus Tua Gesta fortiter commemorare nemo possit, quin rei Christianae incrementum, & bonum, & adcessionem commemoret. Domuisti Gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas; sed tantae Victoriae merces domitarum Gentium utilitati cessit, non Tuae. Id enim Tibi propositum semper fuit, ut quas Armis Nationes, aut Regni potestatem, aut sacrarum Legum jura ob ruditatem ferociamque animorum temere detrectantes, subigeres, Christiana libertate donares; atque ita fieret, ut illae verius, investa Cruce, sub tutelam fidemque Tuam, quam sub Imperium reciperentur.

Quod si haec inter Arma Religionis felicitas, si Tuorum Praeliorum exitus ad amplificandam Christianae rei dignitatem continenter respexit: si in Acie praefertim furoris plena & licentiae, anhelantibus iram clademque animis, tantum potuit Pietas Tua, ut Triumphos non ostentandae Victoriae cupiditas, quae natura insolens & superba est, non ambitio, non adrogantia, non amor laudis, & gloriae, sed Dei honor, & Fidei veritas triumphaverit; in sinu Pacis, hostibus victis, prolatis finibus, tranquillitate composita, quid tandem pro ipso Deo, pro Ecclesia, pro sacratissimis Legibus actum, gestumve per Te, REX CLARISSIME, praedica-

bimus? Illud certe in primis, quod quum optime noveris Christianae Reipublicae utilitati nihil magis conducere, quam omnigenam disciplinarum eruditionem, cujus ope nimirum aut praecaventur errores, quos innumeros saepe obcaecata hominum infania venditat, aut penitus, si jactis radicibus adoleverint, extirpantur, statim prospexit Pietas Tua, in bonis artibus scientiam rerum Divinarum sitam esse, iisque, veluti fontibus contineri. Hinc quemadmodum osor ille immanissimus Christiani nominis Julianus Caesar, ad evertendam atque exturbendam funditus Ecclesiae stabilitatem, nihil tam valere putavit, quam si literarum studiis Christianis hominibus interdiceretur; Tua, **REX MAGNE**, Divina prorsus cogitatio, nihil esse opportunius ad Religionem sustentandam, tuendam, propagandamque intellexit, quam si optimarum artium notiones in Tuis late Regnis florerent quotidie magis, ac veluti arma firmissima, quibus infensos Christianae doctrinae hostes retunderes, procuderentur. O illam Tuam sane Divinam, & Christiano Rege dignissimam Providentiam, qua scilicet patefacta Gymnasia, erecta a sedibus Seminaria, excitatae ubique Ditionis Tuae Academiae florentissimae invictum adversus Veteratorum amenitiam praesidium opposuerunt, totque eorum defectio- nibus, qui excursum & licentiam suis cupiditatibus quaerunt, totamque ferme Europam, perflugium olim & propugnaculum veritatis, tabe teterrima, & contagione

corrumpunt, validissimam munitionem, qua diffusis pestibus aditus intercluditur, objecerunt! Profecto non est modo, cur metuat ab hac furiarum conluvie Lusitania Tua: & licet fremat immanis hydra conspirationis, virisque evomat in Ecclesiam factiosorum hominum ope vulgatum, & funestissimum: pateant licet ubique scelera, & Circaeο tamquam poculo propinata deliria circumferantur; Imperii Tui tamen fines, non dicam adgredi aperto bello, sed vel tacitis dolis excipere, atque adtentare desperant. Ita per Te gravissimis disciplinis advectis, latiusque mirifice propagatis, Lyceorum excubiae vigilant, ut puram putam Catholicam Veritatem a coeno & fordibus Noricae contagionis praeservent. In his veluti arcibus Sapiencia, magnum illud humani generis bonum atque praesidium, Mortalium doctissimis undique adcitis, tuaeque Gentis, & Popularium pluribus missis ad exterarum Academias celebrandas, ut peregrina quaeque doctrinarum inventa potiora ac praestantiora mox reduces comportarent, non solum degit pro dignitate, sed stipendiis amplissimis honestatur, atque reficitur. Quo sane nullum consilium aut gravius, aut magnificentius Summo Regi potest incidere, ad Populorum famam augendam, morumque confirmandam, quae a fonte, qui Christus est, derivatur, veterem disciplinam.

Quae Tua, REX MAGNE, voluntas eximia, atque amor vere inexplebilis promovendae Sapienciae, ut ne
cui-

cuiuspiam latere posset, erupit etiam ex Regni finibus, & Romae in luce omnium gentium, magnoque theatro spectabilis tum praecipue comparuit, quum vagantibus indecore sine certa sede, & domicilio Musis receptum liberaliter & perfugium aperuisti, nemusque Parrhasium, ubi omnigenae eruditionis specimen, miro ingeniorum clarissimorum concursu atque aemulatione, exhibetur, complanato in primis aditu, circumducto murorum ambitu, refectis viarum tramitibus, areaque composita, ut perpetua viriditate floreret, Tuisque laudibus ad aeternitatem duraturis honorifice personaret, annuo subinde reddito constituto, pensoque, Romanae Arcadiae Pastoribus adtribuisti. Quo factum est, ut semimortuas optimarum artium liberalissimas disciplinas ab interitu ad vitam revocares, bonaeque spei, gratique animi quamplenissimos Literarum cupidos atque amatores efficeres. Quare Tuo isto tam excellenti beneficio, quo Romae Literae destinatis sedibus quodammodo revixerunt, gaudere debes vehementer: id enim ibit in posteros memoria temporum sempiterna, & quamdiu haec studia disciplinarum exstabunt, tamdiu Tua Liberalitas summa, Tua praeclara Beneficentia, Tuique insigne, & gloriosum Benefacti monimentum celebrabitur. O Regem in paucis numerandum, cui Divina Lux, certe ac superne dilapsa, Caelo directam viam & Regiam commonstravit, ad veram Nominis aeternitatem comparandam! Quod si omnes, qui

Popu-

Populis dominantur, hanc eandem rationem insisterent, fovendi literas, bonorumque studiorum scientiae patrocinandi, O illos felices, qui imperant! O illos, qui parent, quam felicissimos! Imperium quippe non armis, & sanguine, sed aequitate, & consilio consisteret; eorum vero, qui subjiciuntur fortunae, non humanis casibus variis ac turbulentis objicerentur, sed honestati, & Religioni, ac bonis Artibus velificarent.

Hanc esse vivam imaginem Regni Tui, quotusquisque est, qui non videat, REX SAPIENTISSIME? Ardet Europa bello, cui par numquam aut simile, vel aestu animorum, vel excidio Regionum, vel immanitate Copiarum, ex veteri recentique memoria aut accepimus, aut audivimus, haecenus exarsisse. In luctu & squalore Provinciae non tam moerent Civium suorum, quos Militum furor exhaustit, quam nobilissimarum Urbium, atque Oppidorum excidium & solitudinem deplorandam. Incensae Villae & direptae, Arva depopulata, everstae Arces, fracta perjurio Foedera, Fides violata, deturbati folio & avitis sedibus Principes, deflorata Populorum libertas: nullus autem modus caedibus factus, perinde ac si internecino bello decertaretur. Maria, flumina, praerupta montium, ipsaeque Alpes inhospitae interemtorum sanguine madefactae. Ubique funera & luctus: ubique Templorum incendia, ubique vastitas; & eo furoris inaudita barbaries iraeque percitata, ut Tigres hercle, & ferarum quaeque immanissimae

mi-

mitius, credo, agerent, si rite atque ordinatim ad dimicandum acie signisque concurrerent. Atqui in hac tanta rerum jactatione & procella quid Tibi, REX INCLYTE, cogitationis praecipuae curaeque fuerit, nemo unus ignorat. Sine me nunc de Tuis rebus gestis in summa Regni tranquillitate liberius dicere: neque enim pudori parcam, ubi Religio, & Pietas Tua ad Dei cultum amplificandum, nec sumtibus, nec laboribus parcat. Itaque jacta validius disciplinarum fundamenta per Te, ne quid erroris irreperet ab infania perperam opinantium, neve in lubrico atque instabili locaretur moles, quam Ipse superstruere cogitabas, consequuta sunt Opera Pietatis magna, & vix cum Maximis Caesarum, ceterorumque Regum, & Principum, qui de Ecclesia meritissimi praedicantur, comparanda. Enimvero ut primum consuleres Christiani Gregis incolunitati, quem Imperii Tui finibus Deus late comprehendit, Paraensem in Lusitania, Marjannensem in Occidente Indiarum Tuarum Episcopatum constituis, & S. Pauli Cathedralem Ecclesiam, ex integro elatam, dignitatis splendore, jurisque adfectione, ad mitigandum Gentium efferatarum ingenium, amplificas. Praeterea Laurifalense Coenobium a sedibus excitatum, quo sacrae Virgines oblationem suam Deo acceptissimam circumspicerent, auges munifice, censu magno, certoque reditu liberaliter adtributo. Mafrac Templum, juxtaque Aedes, & Domicilium, quo se ab humanis elapsa dolis, velut in portum

tum Innocentia reciperet, tantae molis exstruis, tam regie, tamque magnifice a fundamentis extollis, ut illud Artis miraculum, Tuae vero Magnitudinis, & Potentiae terminus videatur; si quidem aut animi Tui Magnitudo, aut latissimi Imperii Potentia definiri terminis & limitibus posset. Quid plura? Nullum ubique Ditionis Tuae recens vel sacrum, vel prophanum Aedificium conspicitur, quod non Ipse condideris, nullum aetate conlapsum, aut dirutum, quod non refeceris, nullum denique integrum, & fartum, quod suppellectilis elegantia, numero, raritate non large ditaveris.

Quod si haec minime exstarent, Romae res ipsa loquitur, ubi Sacellum magnificum, & pretiose caelatum, omnium oculos admiratione percellit. Auri venas excussas, Amethystorum, Lazulorum, omniumque marmorum Numidicorum, Lunensium, Laconicorum, Porphyritum, Onychitum, Luculleorum fodinas exscalptas mehercule credendum est, ut Operi, quod urgetur, praestantia, & decus adcedat, non tam structurae mirabilitate & delectu, quam pretio & dignitate materiae. Lapidarum, Argentariorum, Aurificum, Musivorum, & Metallicorum greges innumeri magnis mercedibus conducuntur, ut elegantiora aemulentur; nullusque Artifex vitam Romae sibi ex labore comparat, cui multo uberrimus quaestus Tuis ex stipendiis non redeat. Quamobrem mensura potius, quam numero Gemmas, Aurum, Aes, Argentum factum infectum pro-

digi per Te fama praedicat, ubi Dei, & Religionis augendae atque honestandae negotium geritur.

Verum enimvero dum haec in magnis Tuis laudibus pono, aliud oculis obverfatur ſpectaculum, pompa mirabile, frequentia & nobilitate undequaque ſplendidum & praeclariffimum: Supplicatio illa nempe Auguſtiſſima; qua Chriſti Domini Corpus ſtato ſolenni die magnifice circumfertur. O te beatam, Urbs tanti Regis domicilium, ac totius Orbis emporium, Luſitana Metro- polis! Tibi uni ſcilicet datum eſt, Myſteriorum omnium maximum & ſanctiſſimum intueri, cunctorum Gentium, etiam barbararum, quotquot immenſi Maris ambitus tuis litoribus advehit, votis ſupplicibus adorandum. O ut paſceris inexplicabili Religionis Triumpho; cui nulli citra, tranſve Oceanum vident Populi parem! Auguſtam Vindelicorum, memoria produnt, Carolo Quinto Caefare facem ferente, olim vehementer obſtupuiſſe, ubi Germaniae Principes jam ad haereſim declinantes tam Magni Imperatoris authoritate compulſos, demifſo vultu tacitos comitari Eucharifticum Sacramentum adſpexit, fuitque in Album relata Faſtorum, & Victo- riarum illius ſummi Principis dies, qua viſa eſt Religio tam fortiter de ſuis hoſtibus triumphaffe. Magnum id quidem, & Carolo Quinto Caefare, itemque Hiſpaniarum Rege digniſſimum. Atqui vix ſuperſunt modo veſtigia inſtitutae a Carolo Supplicationis, ac tota illa pompa Sacrorum, licet penitus abrogata non fuerit;

de

de summá tamen, scissis partibus, tantum decidit, ut ea nunc vix exstare, aut olim existisse videatur. At haec tua mirabilis Institutio vigebit oppido memoria feculorum, Deoque auspice, Tuis, REX MAGNE, consiliis certis & sapientissimis Lusitaniae Fides & Religio inconcussa, quod eam, ne praejudicatis opinionibus pateat, scientia rerum Divinarum, & vigilantia Pastorum munieris, ibit in aevum nunquam interitura. Eadem semper celebritas, eadem solennitatis, & triumphii magnificentia Catholicorum Symbolum, & Mysteriorum maximum divinitus revelatum obstinatis transfugarum animis atque oculis inculcabit.

Quare nulla mehercle posteritas de Tuis laudibus conticescet. Memorabit ea quidem per totius Regni amplitudinem intervalla Viarum strata: vorticosum & praecipitem Tagum humiliori alveo receptum: novos Amnes residibus aquis conjunctos, longisque Euripis ad Regiae Urbis intima derivatos: Aquaeductum maximum a continenti in arcus innumeros exporrectum, tanta amplitudine elatum, ut Navis Bellica factis velis majorem mirae altitudinis fornicem praetervehi possit: Specula deinde, & Vitrum fingendi artem investam: adlatum opus fabricae Papyraceae, institutamque Sericam texturam: erectam Nitrati pulveris officinam: Compendiarium ligni, aëre impellente, interfecandi artificium inductum: Navale opportunissimum excitatum: Portus patefactos: itinera terris, litoribus mare, litora mari

reddita: elatas Speculas, ne quid Lusitanos vel in Caelesti Orbe lateret. Haec, & alia plurima Gestorum Tuorum fama literis, monumentisque clarissima memorabit, quibus Regni felicitati & commodo, REX MAGNE, consuluisti.

At haec non ea sunt tanti, licet magna, & futurae aetatis recordatione dignissima, quae Tibi pariant immortalitatem. Arcus, Aedes, Aera, reconcinnata Aedificia, constructae Moles, comparatae Classes, coërcita ripis Flumina, munita Viarum spatia, augebunt ea quidem gloriam Nominis Tui, donec temporis inexplebilem voracitatem evaserint; verumtamen aliquando seculorum lapsu, rerumque mutatis vicibus detentur: naturam enim habent & conditionem, qua sensim praeterfluant, eumque ad finem serius, ociusve decurrant, ad quem Humana singula manufacta properare necesse est. At Virtus animi, quae Religione potissimum continetur; unde honor Legibus auctus; quare & fontibus poena constanter infligitur, & praemium benemerentibus designatur, & Tribunalia emendata Forensium dolis & cavillationibus intercluduntur; unde obstructae adulationibus aures, ubi Civibus Magistratus, vel Episcopis Sacerdotia sint decernenda, nunquam melius patent, quam Veritati: quare nec ratio Generi habetur, nec gratia, aut precibus quidquam permittitur; sed doctrinae tantum, & morum integritas pensatur. Haec, inquam, Virtus animi tanta, REX PRAESTANTISSIME, ut
Tuis

Tuis Te gratissimum & acceptissimum facit; ita Christiani totius Orbis gentibus universis clientelam & fidem, summis vero Regibus Cognationem Tuam adpetendam suadet, profecto aere longius, & inscriptis marmoribus perennabit, neque oblivione delebitur, neque annorum injuria concidet, neque in obscuro jacebit unquam.

Itaque praedicabitur duratione temporum sempiterna, JOHANNEM QUINTUM Ecclesiae Filium amantissimum exstitisse, Populi Patrem: Ecclesiae Filium, qui eam semper coluerit, auxerit, sustentaverit opibus, dignitate, splendore. Hujusce autem amoris specimen, praeter innumera, quae recensuimus, illud omnium praecipuum Tua semper Metropolis ostentabit, Ulissyponense videlicet Sacerdotium amplissimis Pontificatus insignibus decoratum, ut eadem sit non modo Regum Potentissimorum, sed Patriarcharum Sedes in aevum magnifice constituta: Populi Patrem, qui Tibi uni non solum gloriam & amplitudinem debet, sed vitam & incolumitatem suam. Nunquam enim excidet egregium factum, quod perpetuitate perennis fama commemorat, tum quum Ipse ab intestina grassante lue Ulissyponis Emporium celebratissimum etiam cum Tuae salutis discrimine vindicasti. Haec qui faciunt, non eos quidem maximis & laudatissimis Viris, sed ipsi Deo quamsimilimos judicamus. Hinc Tua felicitas domi, forisque parta, REX SAPIENTISSIME, a Pietate nimirum, & Scientia

regnandi: utrumque enim Religione perficitur; nec quisquam pius, & innocens, & religiosus dicitur Princeps, qui male Rempublicam administrat: nec bene & laudabiliter Rempublicam administrat, cui Religio facem, pedemque non praeferat. Tuam ergo Tibi dum gratulor felicitatem, eandem Lusitaniae Tuae, Tuisque Provinciis, & Populis gratulor, quorum comodo & dignitati & saluti Imperium geris. Quod si ego meis hisce laboribus & vigiliis efficiam, ut Patrocinium, & Voluntatem erga me Tuam non immerito conlocatam probare possim; mihi quoque in clientelam, fidemque tam Magni Regis perhumaniter recepto eventum fortunae bonum, felicitatemque beatissimam gratulabor.

Deus Tibi Regnum diuturnum, Teque communi bono & Populorum, & Religionis incolumem servet.

*Romae e Bibliotheca Apostolica Vaticana
vi. Calend. Februarias MDCCXLVII.*

AD-

A D P R O B A T I O N E S

JUSSU Reverendissimi Patris Nicolai Ridolfi Sacri Palatii Apostolici Magistri, Latinam Codicum mss. Chaldaicorum Nitriensium Vaticanorum I. & II. qui Martyrum, saevientibus in Ecclesiam Sapore II. ac Vararane V. Persarum Regibus, necnon variis Romanorum Imperatoribus, coronatorum, simulque S. Simeonis Stylitae Acta exhibent, Versionem ab Illustrissimo, ac Reverendissimo *Apartensi Archiepiscopo Stephano Evodio Assemano* elaboratam, & duobus comprehensam voluminibus, maxima voluptate perlegi, & cum Textu Chaldaico quam potui adcuratissime contuli, neque in ea quidquam offendi, quod, vel ab Archetypo discrepet, vel Catholicae Doctrinae, aut Christianae pietati adversetur; imo vero summam totius Operis sinceritatem, atque perspicuitatem plane demiratus, Sacrae & Ecclesiasticae eruditionis amatoribus ex animo sum gratulatus, quod ardui adeo, impeditißimique laboris subeundi consilium Authori, ut omnigena eruditione, ita Linguarum Orientalium peritia spectatissimo, infederit. Enimvero quales & quantae vires divitiaeque Polemicae, Morali, & Positivae Theologiae, quanta Religioni dignitas, quantus splendor literis ex Chaldaicis illis vetustissimis Commentariis, fidei suae redditus, & majori, quae desiderari possit, antiquorum investigatione, recentiorum vero adcurata critice Scriptorum illustratis adcedant, iis solis adsequi licet, qui ad fontem digitum intendentes, probe intelligunt, nihil esse verum, quin prius traditum. Quidquod Author noster, operibus aere dignis jam celebratissimus, eo, quo nemini secundus, acumine historiarum nodos soluit: dilidentes inter sese Scriptores Orientales, & Latinos conciliat: utrorumque naevos eluit, plenoque peccore omnium disciplinarum abdita sapiens e rudibus venerandae antiquitatis gazas exsufficit, sibi uni non impervias. In iis autem promendens quantum iudicium, in condendis quanta sedulitas! Quam dives, & compta sententiarum, verborumque copia, quanta Latinae linguae castimonia! Quantocius itaque Typis committi posse, ac debere, non modo censeo, sed etiam atque etiam opto, Opus egregium, & utilitate aequae ac singularitate laboris nostrae ac futuris aetatibus nunquam satis commendandum, *Acta* nempe *Martyrum Orientalium & Occidentalium*, quae tandem a doctis Viris expetita sunt; quem nihil certe magis universam ornet, firmitusque muniat Ecclesiam, nec quidquam heic exhibeatur, quod ex Orientalibus genuinis fontibus in Romanam ubertatem, atque facundiam feliciter, integreque non emanaverit. Dabam Romae v. Idus Januarii MDCCXLVII.

Andreas Scander Maronita Protonotarius Apostolicus, Orientalium Linguarum in Romano Archigymnasio & Urbano de Propaganda Fide Collegio Professor & Interpret.

OMNIGENA eruditione praeclarum Opus Viri summi, & a literis studiorumque suorum vigiliis commendatissimi, *Stephani Evodii Assemani Archiepiscopi Apartensis*, quam diligenter & magna cum voluptate perlectum, obsequendi cupidus Reverendissimo P. Nicolao Ridolfi Sac. Pal. Apost. Magistro, id honoris & gratiae ad me liberaliter deferenti, Ecclesiae universae, atque Ecclesiasticae historiae amatoribus gratulari magis debeo, quam probare. Iudicium quippe non ea viden-

dentur postulare, quae naevo penitus carent. Quae autem in illo sunt multa, atque haud nescio, an multo plura, quam in quoquam alio, ita sum demiratus, ut libere dicam, alium neminem id aetatis in hoc genere literarum tantum praestitisse ad Ecclesiae laudem propagandam quantum Author hic noster egregie praestitit. De Saporis persecutionibus Martyrologi omnes eruditiores historiam tradere atque elucidare studuerunt semper, excusserunt quotquot potuerunt latebras, investigarunt vultissima regionum Tabularia, sexcenta volumina pervolvutarunt semefa blattis, & pulvere confepulta; expiscati sunt nihil, aut parum. Noster Author oblata divinitus occasione mss. Codicum Chaldaicorum Nitriensium Vaticanorum I. & II. quibus Martyrum caedes, saeviente Sapore II. & Vararane V. Persarum Regibus, necnon variis in Ecclesiam debacchantibus Romanorum Imperatoribus, factae, unaque simul Magni Simeonis Stylitarum parentis Gesta continentur, hanc spartam ornare adgressus, ut qui Orientalium Linguarum peritia praestat, Chaldaicum textum latinitate donavit, & duobus comprehensam voluminibus historiam tamdiu expetitam, cum pluribus ad perfectionem operis additamentis, improbo labore perfecit. Ceterum quod me adtinet, versionem cum textu diligenter contuli, nihilque plane deprehendi quod non summa cum fide & pari elegantia expressum sit. In reliquis autem magna certe est dignitas, candor, varietas, sermonisque castitas; ut aegre statuere ac judicare quifquam possit, num adcurata Scriptorum critice sit melius historiae consultum, quam religioni. Nam, quod est difficillimum, historiae seriem & narrationem fidei suae, temporum vero chronologiam suis limitibus atque originibus reddit, vel conciliata penitus, vel exacta scribentium discordia: religionis autem veritas inconcussa sic eminet ubique notatum, & perpetuorum, quos continenter interferit, commentariorum omnigena tum Polemicae, tum Moralis, tum denique positivae Theologiae eruditione scatentium; ut locupletissima doctrinarum rerumque copia opus efficiat, Sacrorum Annalium studiosis quam necessarium, ceteris vero in quovis genere disciplinarum proficere laborantibus utilissimum. Haec, quin animi pendeam, de *Actis Martyrum Orientalium qui in Perside, & Occidentalium, qui sub variis Romanorum Imperatoribus passi sunt*, uti & de *Actis S. Simeonis Stylitae* per Illustrissimum & clarissimum Virum *Stephanum Evodium Assemanum Archiepiscopum Apamensem* nunc primum in publicum exeuntibus sentio. Dabam Romae e Pontificio Maronitarum Collegio xv. Kalend. Januar. MDCCXLVI.

Simon Verdi Soc. Jesu.

I M P R I M A T U R

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

*F. Maria de Rubeis Archiep.
Tarsi Vicefg.*

I M P R I M A T U R

Fr. Nicolaus Ridolfi Magister Sacri Palatii Apostolici Ordinis Praedicatorum.



STEPHANI EVODII ASSEMANI
ARCHIEPISCOPI APAMENSIS
PRAEFATIO GENERALIS
IN ACTA MARTYRUM.



*U*num primum statui, AMICE LECTOR, ad hanc per amplam & sumptuosam mss. Codicum Orientalium suppellectilem, id quod pridem in Bibliothecae Mediceae Laurentianae & Palatinae Catalogo, novem ab hinc annis Florentiae jam typis edito, ac rursus in Prolegomenis ad Tomum tertium Operum Sancti Epbraemi Syriaco-Latinum eram pollicitus, animum manumque meam adjicere, ne diutius omnigenus sacrae eruditionis thesaurus lateret, utque fidem meam tandem liberarem: occurrit illico de tota re cogitanti, supervacaneum omnino esse, mercium ditissimarum gazam in medio ponere, nisi prius inde ipsarum pretium ac sinceritas, unde omnis veritas rerum humanarum, praecipue quae scripto,

d

pto,

pto, & traditione concluditur, emunctae naris hominibus probari posset. Quum enim tam multa, pleraque maxime peregrina, & procul advecta, fucis, fallaciis, & sycophantiis circumlita palam in dies proferantur, quibus implicata studiorum & literarum ratio tota videtur misere involvi, ac veluti in eodem luto haesitare, quid ego frustra contenderem, remotissimae aetatis historiam ex situ & pulvere exsuscitare, cuja fides aut revocaretur in dubium, aut penitus intercideret? Ne cui igitur suspicioni reliquus fiat locus, & jactis solo ut graphice atque adfabre ad veritatem ornata, quae suppetit, rerum moles superstruatur, ecce tibi, LECTOR BENEVOLE, totius rei narrationem ingenuam, cujus adhuc testes superfunt locupletissimi, Viri graves, & in Aula non tam explorata fide, quam auctoritate, judicio, & doctrina praecipui.

Clemens XI.
de re Christiana
& Literis
optime meritis,

CLEMENS ALBANUS hoc nomine Undecimus, Christianae Reipublicae, & Literarum bono divinitus datus, ut erat pietate, ac sapientia Pontifex vere Maximus, in id potissimum semper incubuit, ut pro Apostolatus officio nihil eorum omitteret, quae Ecclesiam universam, sibi concreditam, juvare possent. Hinc omnia sedulo circumspiciens, quae a Catholica communione Haereticorum, atque Schismaticorum calumniam depellerent, derivatam a Christo Domino, & a Patribus traditam disciplinam, enixe studuit, invictis rationum momentis & scriptorum ponderibus praecavere. Id quemadmodum adsequeretur, planissime intelligebat Vir omnigena eruditione, ac prudentia omnium aetatis suae hominum facile princeps. Nihil enim est ad Religionis integritatem, ubi verone a capite dimanaverit, disceptatur, validius adstruendam, ac vindicandam, quam retro acta secula vestigare, & proximiora fontibus rerum initia repetere; eaque deinde cum sequioribus morum, & doctrinarum derivationibus comparare. Quod ut fiat, ad vetera monimenta redauspicanda, si qua exstant, ubique locorum, & gentium germana, ac sincera compellimur: quum ea scilicet & suspicione omni careant, & ad ea partes, tamquam ad indicem
auri

auri lapidem soleant provocare. Hujusmodi consilio CLEMENS nihil habuit antiquius, quam ut huic comparando Ecclesiae subsidio operam suam omnem impenderet. Quare quum Anno a Partu Virginis 1706. a Cl. V. Gabriele Heva, Archiepiscopo Nicosensi Maronita, S. Maurae in Monte Libano tum Coenobiarcha, audisset, in Aegypti Monasteriis Chaldaicos, Syriacos, Arabicos, Copticos, Graecos mss. delitescere Codices, antiquitate scriptionis, & veritatis germanitate praestantissimos, e vestigio coepit cogitare de Aegypti latebris perscrutandis; ut inde, quovis id impendio fieret, manuscriptorum Librorum adfectione Apostolica Vaticana Bibliotheca locupletaretur.

Commodum accidit, ut Elias, Antiochenus Archiepiscopus, consanguineus meus, Vir in Orientalibus literis adprime versatus, negociis, pro quibus Romam a Stephano Aldoënsi Maronitarum Patriarcha missus fuerat, prope ad exitum perductis, reditum in Syriam agigaret. Non fuit ergo diutius Pontifici deliberandum, cuiam impeditissimam ejusmodi provinciam committeret. Hunc, quam citissime posset, in Aegyptum abire jubet; ut selectiora saltem Volumina quoquo pretio colligeret, eaque ad Urbem inde transmittenda curaret. At profectus in Aegyptum Elias, etsi diligentissime rem Cairi gessisset, acceptis literis a Johanne, Alexandrino Coptitarum Patriarcha, ad Inferioris Aegypti Monachos commendatitiis; vix tamen obtinuit, ut ex innumeris fere Codicibus, qui illic adservabantur, quadraginta tantum, eosque magna etiam numerata pecunia redimeret.

Tantum vero absuit, ut vel animadversa rei difficultate, ab incepto desisteret Pontifex; ut iis potius perpaucis Codicibus impetratis, vehementiori subinde adfectus plenioris copiae comparandae desiderio, stimulos praecipue animumque addente Carolo Majello Vaticanae Bibliothecae Praefecto, de jubenda altera in Aegyptum excursionem deliberaverit: quumque non minus ipse literas, quam literatos homines ea, quae tanto Principe digna erat, benevolentia complecteretur, & maximi propterea

MSS. Codd. Orientalibus per Eitam, & Josephum Authorem cantagines comparatis. Vaticanam Bibliothecam locupletat.

*Josephum Simonium Assemanum avunculum meum faceret, hunc prae ceteris nominavit, qui Roma ad Aegyptum re-
 eta contenderet, atque illinc amplio-rem Codicum vim in
 Bibliothecam Vaticanam exportaret. Anno igitur 1715.
 pridie Kalendas Julias ab Urbe egressus Assemanus, Ale-
 xandriam adpulit exeunte eodem mense, secundissimis ven-
 tis usus; mox Nilum ingressus, Canopum, & Bulacum su-
 perans, ad Aegypti usque Metropolim Cairum pervenit,
 quaeque Europaeis hominibus invia est, atque inhospita,
 sanctissimorum olim Monachorum secessibus celebratissi-
 ma, sterili incultaque Nitriae solitudine religionis ergo
 adita, non sine maximo valetudinis suae incommodo per
 arenosam illam, & aestuosissimam desertorum locorum
 vastitatem ad Scetense, quod a S. Maria Syrorum vulgo
 dicitur, Monasterium tandem pervasit. Illic primum qui-
 dem facile impetravit, ut Bibliothecam universam (spe-
 laeum dices, Codicibus temere aggestis constipatisque re-
 fertum) lustrare pro arbitrio posset atque scrutari. Quam-
 quam autem ex ducentis, qui prostabant, vetustioribus
 Codicibus centum dumtaxat, quos pretiosiores ex certis
 ratisque characterum, rerumque descriptarum, & elo-
 quitionis notis cognoverat, quanticumque aestimarentur,
 coemendos delegit; ubi tamen ad rem ventum est, nullo
 pretio, nullaque prece adsequi potuit, ut sibi praeter pau-
 cos, eos quidem eximios, sed pro voto suo haud satis mul-
 tos (quorum praecipui sunt, quos tum Latinitate, tum Ad-
 monitionibus nostris, perpetuisque Adnotationibus illustran-
 dos in praesentia adgredimur) ingenti persoluto auri pon-
 dere, Codices permitterentur. Non ideo tamen tot exan-
 tatis laboribus, Assemanus concidit animo: imo vero de
 negotio alibi faustius transigendo protinus agitavit. Ex
 Aegypto in Syriam divertit, eamque regionem omnem,
 Gentilium praecipuis deducuntibus, perlustravit. Quodque
 ipse unice percipiebat, & CLEMENS XI. mandaverat, id
 potissimum Jacobi Petri Evodii, Antiocheni Maronitarum
 Patriarchae, patru mei, consilio atque opera est tandem
 feliciter adsequutus: ita ut & numero & rerum Scripta-
 rum*

Quorum praecipui Nitrienses I. & II. unde A. S. Martyrum depro-
 ta.

rum praestantia spectabilissimos, quibus nempe Vaticana Bibliotheca nunc maxime gloriatur, quique omnem Affermano praeclari Operis condendi materiam: quod Opus propterea Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana inscribitur: suffecerunt, Codices comparaverit; atque ita & Summi Pontificis, & Christianae Reipublicae, & Eruditorum omnium expectationem, atque voluntatem impleverit.

Et sane quis hominum est Catholicarum rerum non plane rudis, qui singulari praeconio, si quidem magnum hujusmodi benefactum secum reputet, sanctissimum hoc CLEMENTIS XI. consilium non efferat, eumque exinde Neheemiae illi, in sacris Literis celebratissimo, non comparet, in cujus laudibus summis illud est praecipuum, quod construens Bibliothecam, dispersos dissipatosque Prophetarum libros de regionibus gentium congregaverit? Ob immensa, quae ex Orientalibus hisce manuscriptis Voluminibus, magnis veluti ex fontibus in omnes Ecclesiae campos dimanat, viventium aquarum copia! O vere Divina, quae subinde ipsi, quae tota formosa est, Christi Sponsae adcedit species & pulchritudo! Ipsos etenim, qui procellosis illis Ecclesiae temporibus interfuere, sanctissimos Patres, qui jactatam in tenebricoso euripo haeresum Petri Navem, a scopulis sospitem in tuto collocarunt; quorum tamen memoriam injuria aevi atque edacitas pene omnem deleverat: ipsos, inquam, in his Codicibus quasi excitatos e tumulo reviviscere, easdem, quas, dum viverent, emittere Religionis & Virtutum auras, easdem, quas olim in improbos, & truculentos homines enunciabant pro communi Ecclesiae causa, nunc etiam dicere gravissimas orationes & audimus, & ferme oculis cernimus. Propterea eximia strenuorum Virorum gesta, invidiata certamina, quae pro Fide tuenda servandaque obierunt, sacvissima, quibus fortiter perfundi sunt, Martyriorum genera, quaeque ita haecenus delituerunt, ut funditus interisse viderentur, ex praeclara hac Codicum Orientalium comparatione promerita immortalitate donantur. Quid plura?

Eorum pretium & utilitas.

1. Machob. 2
13.

ra? Hinc Polemicæ validiora subsidia; hinc morum disciplinae gestorum observatione, non doctrinarum humanarum lenocinio freta ratio suppetit; hinc ritus constantior; hinc quæ obtinet in Ecclesia, ineluctabilis veritas traditio deprehenditur: quo fit, ut si qua in nocte videbantur versari vel dissidentium calumnia, vel scholarum conflictu, his praeclucens monumentis in apertissima die constituantur. Quare praeclare nobiscum agere, & de tota re Christiana benemereri, censeo, Thomam Ursium ex Praedicatorum Familia, Virum sacrae antiquitatis studio, & summa eruditione celebratissimum, qui novam Ecclesiasticae Historiae seriem concinnare adgressus, ad Catholicae vel revelatae, vel traditæ veritatis propugnationem ex genuinis potissimum ac sinceris Sanctorum Martyrum Actis arma consulto desumit. Quid enim certius aut fidei, aut disciplinae argumentum, quam quod ab Ecclesiae incunabulis non solum docendo Majores nostri retinuerunt, sed vitæ & sanguinis profusione obfignarunt?

Itaque post egregiam, quam præstiterat CLEMENS XI. operam in hoc negotio, id tandem perficiendum supererat, ut quos ab ultimis terrarum partibus, hominumque barbarorum manu in ipsum Ecclesiae sinum asportari curaverat, præcipuos saltem Codices quispiam aliqua sermonis dialecto, minime extranea atque exotica, sed plerisque omnibus vulgata donaret, quam Europa calleret, & Christianae ubique gentium Academiae loquerentur. Quoniam vero qui id genus literas profitebantur; Viri in Orientalibus disciplinis excellentissimi, Joseph Simonius Assemanus, & Andreas Scander variis tum curis distinebantur: alter nimirum eximium Orientalis Bibliothecae opus adgressus, vix oneri tantæ rei sufficiebat: alter Linguarum Orientalium apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide, & in Archigymnasio Romano Interpres, & Professor, in Aegyptum, Arabiam, & Mesopotamiam diverterat, ut idipsum opus insisteret colligendi Libros ad Vaticanam Bibliothecam locupletandam; conjecit Clemens oculos in Petrum Benedictum Societatis Jesu Presbyterum

Ma-

Angeli Car-
dina. Quirini
jussu Author
opus adgredi-
tur.

Maronitam, mei, dum viveret, amantissimum, Virum non minus pietate & religione, quam multijugi eruditione clarissimum, primamque ei de vertendis Actis Martyrum Orientalium, quae in mss. Codicibus Chaldaicis Nitriensibus I. & II. continentur, provinciam decrevit. At quum ex formis semefis ac semilaceris, & characterum potissimum vetustate nova subinde scruposa & difficillima scriptiois loca egregium Interpretem obruerent, pluribusque aliis curis, quas in Compendio ejus Vitae, tertio S. Ephraemi Syri Operum Tomo a nobis praefixo, memoravimus, Vir navus, & indefessus obsideretur; factum inde est, ut nonnisi aliquas Sanctorum Vitas, ex aliis recentioribus Vaticanis Codicibus erutas, quas Sociis Bollandianis postea donavit, exponeret; ex laudatis vero Codicibus Nitriensibus novem folia vix adumbraret, in quibus prima tantum Actorum lineamenta duxit, quae Martyrum, saeviente Sapore II. Persarum Rege, fortiter pro Fide gesta commemorant, quaeque idem Benedictus per Eminentissimum Cardinalem QUIRINUM S. R. E. Bibliothecarium, ut eandem incudem tundere conaremur, nobis perhumaniter dedit. Ipse vero, CLEMENTE XI. e vivis erepto, ad Latinam Sancti Ephraemi Operum e Syriaco editionem, codicem praestantissimo Cardinali QUIRINO ea, qua pollet, auctoritate, & suaviloquentia monente, atque etiam hortante, manum convertit; quam tamen ad umbilicum perducere, fato cedens, minime potuit, nobisque perficiendam reliquit. Propterea tertium, cujus medium vix attigerat, Tomum ipsi nos ea, qua potuimus, adcuratori diligentia prosequuti, posteaquam & opera nostra idem Benedictus in primi & secundi Tomi versione persaepe usus fuerat, quemadmodum in sua ad II. Tomum Praefatione fidem facere egregiam non dubitavit, amplissimum, quem vix sperabamus, ab Ecclesiasticae rei amatoribus laudis fructum accepimus; factumque est, ut tota nobis Martyrum Orientalium, & Occidentalium historia, in variis diversisque mss. Codicibus Vaticanae Bibliothecae profeminata, vertenda, atque illustranda demandaretur.

Absterrebat quidem animum rei difficultas, atque improbus, qui in hoc negotio objiciebatur, labor; verumtamen & summa operis utilitas commovebat, & hominis rem Literariam diligentis esse intelligebamus, non tam pacato privatae vitae otio consulere, quam publico Literarum bono: & perurgebat nunquam satis laudatus, nostraeque aetatis, atque adeo Ecclesiae ornamentum maximum, Cardinalis QUIRINUS: & quod caput est, BENEDICTO XIV. Pontificum Sapientissimo, atque in hoc genere praecipue studiorum, quemadmodum universa sua mente complectitur, versatissima, rem gratam fore perspiciebamus, si hanc spartam ornandam adgrederemur. Magno idcirco, firmoque animo ad imperatum nobis summi momenti munus adcessimus.

Codicum
antiquitas,

*Id autem oneris ne inconsulto nobis, aut temere imponeremus, diu multumque deliberavimus, cuinam potissimum ex innumeris, qui offerebantur, Codicibus operam impenderemus. Re mature perpensa, duos tandem Nitrienses Codices, inter Vaticanos Syriacos num. I. & II. notatos, Chaldaicis, seu Estranghelis, ut vocant, hoc est, *στρογγύλοις*, sive rotundis, vetustissimisque Syrorum characteribus exaratos, delegimus, qui & rerum descriptarum novitate utilissimi quum essent, narrationis etiam ipsius candore, & ingenuitate maximam fidem facere videbantur. Porro quod adinet ad historiae germanitatem, quae duobus hisce Codicibus continetur, unde materiam omnem ad Volumina haec instruenda depromsimus: neminem unum hanc ipsam versionem nostram visurum putamus, quin protinus integerrimae, & castigatissimae narrationis colores omnes deprehendat; vetustatem vero Codicum inde arguat (etsi primus mutilus est, ratamque temporis notam desiderat, quae in omnibus fere mss. Orientalibus Libris ad calcem adjicitur) quod characteris forma, atque apices, & aliae, quae plurimae suppetunt, conjecturae ducentorum septuaginta supra mille annorum aetatem manifestissime oleant. Id unum, quod heic percommode cadit, te monitum volumus, ipsam, quae in hoc Codice pri-*

mo occurrit, admirabilem S. Simeonis Stylitae Vitam, anno Antiochenorum quingentesimo vigesimo primo, die decima septima Aprilis, feria quarta exaratam, legi in Epigraphae ad ejus calcem eadem manu adjecta, quam integram suo loco dabimus. Atqui Epocham Antiochenam quadraginta septem annis vulgarem Christi Aerae, qua nunc utimur, antevertere, res est omnibus patentissima; nemo propterea inficias ibit, Codicem, de quo agimus, anno a Partu Virginis 474. a Simeonis vero Stylitae obitu 7. fuisse conscriptum, eo nempe anno, quo plane cum decimo septimo Aprilis die feriam quartam congruere debuisse ex tabulis Paschalibus suademur. Atque haec quidem primi Codicis antiquitatem certissimam probant. Alterum vero Codicem, ubi praeter Acta Martyrum in priori descripta, aliae Sanctorum Vitae inseruntur, quique plura insuper additamenta continet, genuinis Martyrum Actis ab amanuensi facta, ut legenti constabit, quamquam non adeo longaeum ac pervetustum esse, facile intelligamus; trecentis tamen admodum annis priori posteriorem esse, characteres ipsi apertissime commonent.

Jam vero ut totius Operis ratio prima hac ipsa in fronte aperiatur, tria haec a nobis praestari oportere maxime animadvertimus. Primo ponenda est ob oculos horum Codicum materies, & qua ipsam sedulitate, curaque exornare atque illustrare conati sumus. Deinde ipsorum Codicum Auctor majori, qua per rei difficultatem licet, claritate, & certitudine indigitandus. Tertio demum illud enitemur, ut Persequutionis Saporicae, cujus historiam in priori hujus Operis Parte exhibemus, gravissimis rationum momentis, & conjecturis contra varias Martyrologorum sententias stabiliatur.

Age nunc, & novam Codicum materiem, AMICE LECTOR, adverte. Ea percommode in quinque Partes dividi potest. Prima S. Simeonis Stylitae Vitam, a Cosma ejusdem familiari scriptam, complectitur. Altera Martyrum Acta, qui sub Sapore II. Persarum Rege, cognomento Longaevo, passi coronam meruerunt (Haec autem

Totius Operis Ordo & Prospectus.

immanis atroxque in Christianos tempestas ab anno ejusdem saevissimi Regis aetatis, atque imperii 31. ad annum usque 70. in quo decessit, per integros scilicet quadraginta annos efferbuit) Tertia Pars illorum Martyrum Acta exhibet, qui, furente eodem Rege anno aetatis suae atque imperii 18. & 30. interemti sunt. Quarta vero duo tantum Martyria nobis suppeditat in Persequutione Isdegerdico-Vararanica consummata. Quintae demum propositum illud est, ut multorum Martyrum Occidentalium Acta, qui sub variis Romanorum Imperatoribus ad Superos evolarunt, recensent. Verum quia Secundae, & Quintae Partis materies patet magis, magisque porrigitur, ne continens Epocharum series intervertatur, hoc, quod primum damus, Opus ad duas tantummodo redigimus Partes. In priori quidem Persequutionis Saporicae, quadraginta continenter annos perductae, historiam exhibemus una cum Appendice, in quam, Codicis secundi dispositioni atque ordini inhaerentes, Acta Martyrum, tum decimo octavo, & trigésimo ejusdem Saporis anno, tum in Persequutione Isdegerdico-Vararanica caesorum, referemus. In altera vero Parte Acta dumtaxat quatuordecim priora edemus Martyrum Occidentalium, reliqua ad volumen aliud amandantes, quod meditamur; ubi & aliorum Martyrum Acta, Sanctorumque Vitas, ex variis Orientalibus Vaticanae Bibliothecae mss. Codicibus erutas, vulgabimus. Postremo apicem imponet operi hujus secundae Partis Vita S. Simeonis Stylitae, quam supra laudavimus.

Itaque ut a priori Parte exordiamur: nam de altera in ejusdem Praefatione, & praeviis ad singula Acta Admonitionibus opportune suo loco & tempore sermo erit, ea quidem hunc praefert titulum: Acta Martyrum Orientalium, qui in Perside passi sunt. Quae autem describuntur, Martyria haec numerantur. I. Acta SS. Simeonis Bar-saboe Seleuciae & Ctesiphontis Episcopi, Sociorumque ejus Abdhaiclae, & Hananiae Presbyterorum, aliorumque Centum diversi Ordinis Virorum; necnon Guhsciatzadis Eunuchi, Phusifiki Karugabari, ejus-

Series Actorum, quae in prima Parte exhibentur.

ejusque Filiae Virginis . II. Plurimorum Martyrum, & Azadis Eunuchi . III. Tharbae Virginis, ejusque Sororis, & Ancillae item Virginis . IV. Milis Susae Episcopi, Abrosimi Presbyteri, & Sinae Diaconi . V. Sciahduftis Seleuciae & Ctesiphontis Episcopi, & centum viginti Sociorum . VI. Barlabiae Coenobiarchae, & decem ejus Sociorum; necnon cujusdam Magi . VII. Narsetis Episcopi, & Josephi ejusdem discipuli; necnon aliorum viginti Martyrum . VIII. Danielis Presbyteri, & Vardae Virginis . IX. Centum viginti Martyrum, inter quos novem Virgines, reliqui Sacerdotes, Diaconi, & diversorum Ordinum Clerici . X. Barbasemini Seleuciae & Ctesiphontis Episcopi, & sexdecim Sociorum . XI. Martyrum, qui variis in locis a Praefectis interempti sunt, praeter eos, qui in Regis foro occubuerunt . XII. Jacobi Presbyteri, & Mariae ejusdem Sororis Virginis . XIII. Theclae, Mariae, Marthae, Mariae, & Amae Virginum . XIV. Barhadbesciabae Diaconi . XV. Martyrum Captivorum . XVI. Quadraginta Martyrum, Abdae nimirum, & Ebedjesu Episcoporum: Abdallahae, Simeonis, Abrahami, Abae, Ajabelis, Josephi, Hani, Ebedjesu, Abdallahae, Johannis, Ebedjesu, Maris, Barhadbesciabae, Rozichaei, Abdallahae, & Ebedjesu Presbyterorum: Eliabi, Ebedjesu, Hani, Marjabi, Maris, Abdiae, Barhadbesciabae, Simeonis, & Maris, Diaconorum: Papae, Evolefi, Ebedjesu, Phachidi, Samuelis, & Ebedjesu Monachorum: Mariae, Tathae, Emae, Adranes, Mamae, Mariae, & Marachae Virginum Deo sacrarum . XVII. Bademi Coenobiarchae . XVIII. Acepsumae Episcopi, Josephi Presbyteri, & Aithilahaë Diaconi . XIX. Jonae, Brichjesu, Zebinae, Lazari, Maruthae, Narsetis, Eliae, Maharis, Habibi, Sabae, & Scembaitae . XX. Saporis, & Isaacii Episcoporum; necnon Mahanis, Abrahami, & Simeonis . XXI. Maharfaporis . XXII. Jacobi Intercisi . Haec de ipsorum Actorum, quae in prima Parte, ejusque Appendice proferuntur, numero, atque ordine dicta sunt satis.

Nunc vero quam pertinacem, diligentemque in hisce Actis vertendis, adornandis, atque illustrandis operam curamque impenderit, videamus.

Authoris in
Actis verten-
dis illustrandis
que studium,
& methodus.

Quisquis est, qui antiquioris aevi Scriptores Chaldaicos, seu Syriacos quoquomodo adtigerit, is plane novit, quae apud ipsos obtinuit, vetustissimam consuetudinem vocales notas supprimendi, atque inanimes, pene dixerim, loquutiones subrogandi: quo factum est, ut obscurissimam intellectu, eamque captu difficillimam, scriptionem posteritati transmiserint. Dicitur vix ergo potest, quantum molestiae, & laboris exorbeat, qui in hoc insipido ingratoque studio conteritur; ut scilicet in integrum compendiosam veterum scriptionem restituat, literisque vocalibus animet, atque exsuscitet: quod quidem effecimus adcurate in descriptione ac imagine hujus Operis, quamvis immensa ne ipsius moles evaderet, non omnes vocales notas adponere licuit; erant enim triplo linearum tractus multiplicandi, ut vocalibus ipsis fieret locus, quae non Europaeorum linguarum more dictionibus interferuntur, sed infra supraque dictionibus ipsis adpingere Orientales consueverunt. Neque heic tamen de pactis curarum nostrarum terminus. Illud praeterea studuimus, ut singulis Actis Admonitiones praefigerentur: facem huic methodo Bollandiani, & Rumartus praetulerunt. Sic quippe ex Authoribus Latinis, atque Orientalibus quidquid ad rem facit praemonentes, & quidquid censura dignum ponderosis observationibus configentes, Actorum singulorum tum epocham, tum germanam sinceritatem statuimus: si qua deinde in iisdem Actis animadversione digniora occurrunt, opportunis Anotationibus illustramus: si qua obscuriora, arcessita ex aliis fontibus claritate donamus: si qua tandem mutila atque luxata, ex probatis Scriptoribus Latinis, & Graecis, praecipue vero ex Orientalibus mss. Vaticanae Bibliothecae Codicibus supplemus, atque emendamus. Paucis verbis, ad hujus Operis pretium, ad historiae utilitatem, ad fidei certitudinem, ad pleniorum uberioremque rerum gestarum lucem quidquid conferre posse, ac debere

exi-

existimavimus, *Summa*, qua potuimus, *diligentia* curaque, *nulla gravissimi* & *indefessi laboris ratione* habita, *perficere conati* sumus. Tum quoniam plurima ex hisce Actis nedum antiquis, verum etiam recentioribus Latinis Martyrologis proferuntur prorsus ignota, in id omnes diligentiae nostrae nervos contulimus; ea ut perspicua redderentur, fidemque indubiam apud omnes promererent. Quam eandem viam institimus in altera hujus Operis Parte, & in ejusdem Adpendice, quae Acta S. Simeonis Stylitae complectitur. Quare operae pretium duximus, peregre Caroli Majelli, Archiepiscopi Emiseni, Dissertationem de Eusebiana Actorum Martyrum collectione, itemque de Stylitarum Origine atque Instituto, quam ex fragmentis collegimus interpolatis ac mutilis, quae nobis ejusdem praecclarissimi Praesulis ex fratre filius, Dominicus perhumaniter dedit, adjicere, quaeque nos ipsi, lacunis expletis, locisque hiantibus verborum & sententiarum consensione suffectis, ut in secundae Partis Praefatione admonemus, instauranda, atque in integrum restituenda, studiose diligenterque curavimus; & ne quid desit aut operi, in quo versamur, aut gratiae, quam Carolo Majelli meritis debemus maximam: ille etenim apud Pontificem auctor exstitit, quare Assemanus in Aegyptum perrexerit, indeque binos Nitrienses Codices, unde praesentem huic Operi materiem hausimus, asportaverit; hystoriam ejus Vitae, certe cum magnis morum exemplis ad imitandum connumerandae, breviter summatimque describemus; ut quemadmodum prisca aetas, debacchante saevitia, fortissimis praesertim Martyribus praedicatur: ita haec nostra in summa Ecclesiae luce, honore, opibus, dignitate, Viris sapientibus, severis, & in Aula, usuque hominum probatissimis, ac modestissimis ad posteros gloriarı possit.

Atque haec quidem de hujusce Editionis methodo, atque ornamentis praemonenda fuere. Ad illud modo veniamus, secundo loco propositum; quinam scilicet priorum istorum Codicum Partis, sive Actorum Martyrum Ori-
ta-

talium Author potissimum haberi debeat: cetera, quae ad alteram respiciunt, in ejusdem Praefatione, & Admonitionibus singulis Actis praefigendis prosequemur.

Quis Aſſerum Martyrum Orientalium Scriptor?

Historia Martyrum, sive Collectio Martyriorum Orientalium (Orientales vocitamus Populos ultra Mesopotamiam; Occidentales citra Chaldaeam incolentes) duplex est apud Syros: altera eorum, qui sub Isdegerde, & Vararane Persarum Tyrannis lauream adepti sunt, Honorio, Arcadio, & Theodosio Juniore imperantibus, ex qua duorum dumtaxat Martyrum Acta nobis servavit Codex Il. Maharsaporis nempe, & Jacobi Intercisi, anno Vararanis secundo coronatorum, quae in priori Adpendice exponemus. Reliqua in Aegypti fortasse, aut Syriae angulis adhuc delitescunt, monente Assemano atque adfirmante, vidisse sese in Scetenſi Syrorum Monasterio, quum Nitriensem solitudinem perlustraret, Abdac Episcopi & Martyris Acta, qui Isdegerdico-Vararanicae Persequutioni causam fecit, eaque regeſta in unum Codicem Syriacum praestantissimum, ubi sexaginta etiam Martyrum tum Orientalium, tum Occidentalium Passiones describuntur. Author hujusce Collectionis nos adhuc latet; nec omnino placet quod Bibliothecae Orientalis Scriptor clarissimus opinatur, qui S. Maruthae Episcopo Tagritensi totum id opus adtribuit: quum, vel penes ipsum, S. Maruthae longaevitae ad Imperium usque Vararanis V. sub quo praeter duos illos supra laudatos, alii etiam Martyres innumeri caesi sunt, prorogari minime queat. De alia autem Martyrum Orientalium, qui, furentem Sapore II. occubuerunt, historia, quam integram in banc Partem ex praedictis Nitriensibus Vaticanis Codicibus I. & II. retulimus, haec monemus: non heic quaeri a nobis de Scriptore Actorum SS. Jonae, Brichjesu, & Sociorum, decimo octavo Saporis anno enectorum; exstat in fronte nomen Authoris, Esaiae nempe, Adabi Arzunitae filii, Equitis Regii, qui cae coaevus ac testis oculatus memoriae tradidit. Ceterorum ergo Authorem certum venamur.

Nemo autem unus nescit tum Latinos, tum Graecos Scri-

Es haec non ab Eruditis deſiderata.

Scriptores Martyrum Orientalium memorias per eam aetatem caesorum literis consignasse. Sozomenus & Hieronymus omnium primi Graeca, Latinaque lingua ex Syrorum Chaldaeorumque monumentis excerpta earum rerum commentaria donarunt, & ad posteros transmiserunt. Complures scilicet fuisse illius aevi Scriptores Syros atque Chaldaeos, qui gloriosam eorum Martyrum pro Christo confessionem sermone vernaculo divulgaverunt, testatur ipse Sozomenus lib. 2. Histor. Eccles. cap. 14. prope finem; ubi posteaquam nobilissimum S. Simeonis Bar-saboe sociorumque ejus Martyrium meliori, quo potuit, stylo prosequutus est, in haec verba concludit: Ὡς ἐνὶ δὲ συλλήβδην εἰπεῖν. λέγεται ἤδη τότε Μαρτύρων τῶν ὀνομασῶν Φερομένων ἀνδρας τε καὶ γυναῖκας, εἶναι εἰς μυριάς ἑξακισχίλις τὴν δὲ ἐκτὸς τῶν τῶν παλαιῶν κρείττω ἀριθμῶν, ἔδιδασκοντο ἐργῶδες φανῆναι τὰς αὐτῶν κατηγορίας ἀπαριθμήσαντες, Πέρσας τε καὶ Σύρους, καὶ τοῖς ἀνά τὴν Ἑδεσαν οἰκῶσιν, οἱ πολλοὶ τῶν ἐπιμέλειαν ἐποίησαντο. Verum ut summatim dicam cunctos ejus temporis Martyres tam viros, quam mulieres, quorum nomina recoluntur, sedecies mille numero fuisse perhibent; reliquae vero multitudinis ne numerum quidem iniri posse. Atque idcirco difficile admodum visum est Persis, Syris, atque Edeffensis, qui hac in re plurimum studii, atque operae posuerunt, horum nomina percensere. Ceteri, qui deinceps consequuti sunt, Graeci, Latini que Ecclesiasticarum rerum Scriptores, Theophanes nempe in Chronographia ad annum Mundi 5817. Cedrenus ad annum 6. Constantii Augusti, Nicephorus lib. 8. cap. 56. Casiodorus lib. 3. cap. 2. sexcentique alii, quos haec recensere non vacat, nec necesse est omnino, in eam omnes consensere operam; ut ex Sozomeno potissimum, ac Hieronymo totam narrationis materiam transcriberent. At, pace id dixerim praestantissimorum ceteroquin Virorum, ex imperitia Syriaci, seu Chaldaici sermonis, quo jam inde ab initio laudatorum Martyrum Acta fuerunt exarata, factum est, ut & pugnantes, ac minime congruentes temporum rationes stabilirent, & multa scitu dignissima, imo

vero

vero & non pauca Martyrum Acta praetermitterent, & ipsa non semel etiam, quae prodiderunt, variarent, atque corrumperent; & vocum notas, rerumque nomenclationes inverterent, ac mutilarent. Propterea ad historiae periculum, fucumque distandum, illud erat omnium votum, ut quispiam adpareret sermonis utriusque linguae, Syriacae scilicet seu Chaldaicae, & Latinae doctus, qui ex integerrimi alicujus Syri Scriptoris Autographo totam illorum Martyrum historiam, collectionemque recuderet, & publica Romana luce donaret. Id praeter multos Ruinartus ac Tillemontius, ne quid ipsorum Operibus reliquum fieret, summopere studuerunt. Quare Eusebius Renaudotius sese illis obtulit, Colbertinam Bibliothecam ad Caelum ferens, ubi Codicem Orientalem se vidisse adfirmabat, in quo prae laudata Collectio; hoc est, Thesaurus omnium maximus adseruaretur, quem postridie se proditurum pollicebatur. Lyrae merae & gerrae. Quod si tamen promissis haud stetit, gratulandum nobis potius, quam illi succensendum putamus; quippe qui non alium Codicis sui Authorem venditabat, quam Nestorianum quemdam, nomine Amrum Matthaei filium, circa annum Christi 1340. clarum, qui Simeonis Bar-sabœ ejusque sociorum historiam obiter perstringebat, ut suam Ecclesiam a fidelium communione rescissam & multis Martyribus illustratam, & ab Orthodoxis Episcopis perpetua successione habitam, institutamque oscitantibus demonstraret. Ceterum ita ex ipso Renaudotio scribit Ruinartus in admonitione praeuia ad Martyrium ejusdem Sancti Simeonis Episcopi & sociorum: Quae de Persis Martyribus commemorat ille Author consentanea sunt iis, quae a Sozomeno, aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis referuntur, paucis exceptis, quae pro versionum diversitate variant.

Verum quod tamdiu exoptatum ab eruditis Viris, quod CLEMENS XI. perfici quammaxime percupiebat, quod a multis promissum, a nemine tamen haecenus praestitum, obtigit nobis, sub Auspiciis Potentissimi ac Munificentissimi JOHANNIS QUINTI, Lusitaniae Regis, ad
umbi-

umbilicum deducere, atque ad rei Christianae publicam utilitatem & commodum evulgare. Neque sane ea in re ipsorum votis, quod aliquos mediocri notae Codices selegimus, impares omnino erimus; quandoquidem quanti valeant Codices, quos prae manibus habemus, tum demum in medio erit, quum certum ratumque eorundem Authoris nomen exstabit.

Heic autem primo eorum occurrit convellenda prorsus opinio (praetermittimus nomina, ut rationem & illorum famae, & honestatis nostrae habeamus) qui statim atque intellexerunt, hosce Codices in Vaticanam Bibliothecam fuisse ex transmarina peregrinatione, CLEMENTIS XI. cura jussuque; delatos, ex tripode, quemadmodum solent hujusmodi ingenii homines, semidocti, & judicio praecipites, adseruerunt, eos esse Collectionem illam Actuum veterum Martyrum ab Eusebio Caesariensi editam, quam vel situ oblitam, aliove infortunio, casuque subtractam dolebant. In quo quam stupide & oscitanter erraverint, inde oppido liquet, quod, Eusebium Caesariensem, praeter insignem Librum de Martyribus Palaestinae sua aetate coronatis; nullum de antiquis Martyribus conscripsisse, ex aurea Dissertatione Caroli Majelli Archiepiscopi Emissemi, quam dabimus Actis praefixam secundae Partis, planissime suademur. Ibi decem dumtaxat Martyrum Palaestinarum Acta, per eundem Eusebium exarata, ex Codice Nitriensi Vaticano I. proferemus, quorum haecenus non nisi compendium, Libro VIII. Ecclesiasticae Eusebianae historiae insertum, ad nos pervenit. Praeterea ex accuratiori temporum observatione, eaque, quam mox rationum momentis certissimis statuemus, Saporicae Persecutionis Epocha hoc eorum somnium facili negotio exsufflatur. Qui enim potuit Eusebius, cujus vita, ex Tillemontii calculo ad annum 338. ex Floraeo ad 340. porrecta est, Acta praesertim Sanctorum Barbadesiabae Diaconi, Martyrum Captivorum, Bademi Coenobiarcae, Acepstinae, & sociorum describere, quos autographi Codices nostri multo post Martyrio fuis-

f

se

se perfunctos testantur: Barhadbesciabam nimirum anno Persequutionis 15. Captivos Martyres anno 23. Bademum anno 36. Aceptsimam denique, & socios anno Persequutionis 40. quo Sapor ipse, juxta vulgatam scribentium opinionem, finem caedibus & vitae fecit, id est, anno Christi 380. Quin etiam pari convincuntur mendacio obnoxii, qui suspicantur, hanc Martyriorum Collectionem per Eusebium incoeptam, & ab alio quopiam post ejus obitum fuisse continuatam. Nam praeterquamquod an. Christi 340. quam Epocham communi Chronologorum calculo invictissime statuemus, nondum S. Simeon Bar-saboë, Martyrum in Saporica quadraginta annorum Persequutione caesorum antesignanus, passus fuerat, multa occurrunt in prioribus Actis ejus Collectionis tum locorum tum temporum notae, quae Eusebio scribenti, ut volunt, minime congruere, & quadrare possunt. Cujusmodi est, ut cetera omittam, quod in Prooemio Actorum S. Simeonis adseritur, a Juliano Apostata factam fuisse Judaeis potestatem Solymae templum instaurandi ac reficiendi, ex quo mira portenta Divinae ultionis in Judaeos subsequuta. Illud etiam incongruum subjicitur in Actis S. Barbaschemini Episcopi; quod ipse nimirum Seleuciensem Pontificatum, a Sciabdustis S. Simeonis Bar-saboë successoris Martyrio viginti circiter annos continenter vacantem, inierit. Quae quidem singula diu post Eusebii obitum contigisse, vel lippis, & tonsoribus patet.

Acta Martyrii
in Saporica.
40. Annorum
persequutione
caesorum S.
Maruthæ Ta-
gritenfi Episcopo
adjudicanda.

Equidem si quid sentio, liberius dicam: post rem totam serio diligenterque discussam, post accuratam Epocharum conlationem, post animadversas eloquentissimas styli notas, nullus dubito, quin S. Marutham Tagriti, seu Maipheracti, quae & Martyropolis, in Mesopotamia Episcopum, hujusce historiae, sive Actorum Martyrum Orientalium, qui in Perside passi sunt, Collectionis authorem cum Assemano meo, qui ejusdem seriem, atque epitomen primo Orientalis Bibliothecae Volumini inseruit, firmissime statuam, planeque adseverem. Id autem suadent, primo, Scriptorum omnium Orientalium in ejusmodi disce-

disceptatione consensus; quos inter Ebedjesus Sobensis Metropolitana, qui vitam posuit an. 1318. in Syrorum Scriptorum Catalogo, quem Latio donatum, notisque illustratum, semel atque iterum ediderunt formis Sac. Congreg. de Propaganda Fide Viri clarissimi, & de literis Orientalibus optime meriti, Abraham Ecchellenfis, & Joseph Simonius Assemanus meus, haec scribit.

ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ
 : ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ
 : ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ

Maruthas Episcopus Maiphercat, & Medicus peritissimus, composuit Librum Martyriorum, & Odas atque Hymnos in Martyres. Horum Fragmentum exstat hac epigraphe inscriptum: Sermo in Laudes Martyrum: sub initium Codicis II. Nitriensis; eorumque magna pars Officii Syrorum, Maronitarum videlicet, Jacobitarum, & Nestorianorum inserta est, atque Hymnis Ephraemi, Jacobi, aliorumque ita permixta, ut nullo fere indicio a reliquis discerni possint: nam nullum adhuc Codicem nacti sumus, in quo unius Maruthae Odae digestae sint. Amrus item Matthaei filius Cod. Arab. Vatic. XLI. ita habet.

وجمعت ماروثا من عظام الشهداء الذين اشتهدوا بالشرق شيئا كثيرا . ونسخ كل كتاب وجئت لهم . وحمل ذلك معه . فحملني يدميقرقوس في كرسيمه بعضه . وذلك معروف هناك الى هذا الوقت يتبارك به . ومضى بالمباقي الى المغرب . وفرقت في البيع .

Porro Maruthas Martyrum, qui in Oriente passi fuerant, Lipsana quamplurima collegit, & Acta literis olim consignata descripsit; factique hujus memoria hactenus superest, confluentibus ad recipiendam ab iis benedictionem populis: reliquas in varias Occidentis Ecclesias distribuit. Quod totum probe cum hujusce Collectionis epilogo ad calcem Actorum S. Acephsinae & Sociorum convenit. Ibi:

ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ
 ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ
 ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ
 ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ ܟܬܒܬܝ

אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם
 אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם
 אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם
 אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם
 אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם

Quod ad istos postremos Martyres adinet, quorum
 Martyrium, & Acta judicialia copiose retulimus,
 quidam nobis coetanei fuerunt, nostrisque tempo-
 ribus Martyrium subjerunt, nobisque illos videre li-
 cuit. Qui vero antiquiores fuerunt, eorum nos Ge-
 sta diligenter conscripsimus, secundum notitiam nobis
 traditam a senioribus Episcopis, ac Presbyteris, testi-
 bus fide dignissimis, qui res suam sub aetatem, atque
 sub oculos suos gestas narrabant. *Et paullo superius :*

אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם
 אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם
 אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם
 אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם
 אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם אֲנִי הַיּוֹם

Incidit quoque in manus nostras ejusdem Martyrum
 historiae Volumen, simplici quidem, sed confusa
 oratione exaratum, ex quo eorumdem Martyrum
 praestantissimam effigiem expressimus, & fortia at-
 que illustra Gestas, quae in priori Sermone nostro
 (quem scilicet *Sobenfis Hymnos & Odas inscribit*) sumus
 complexi, adcurate depromimus. *Quis autem hujusce
 historiae, & voluminis, quod heic laudat Maruthas, au-
 thor fuerit, nec ipse exprimit, nec nobis aliunde liquet.*

*Ceterum quum acerbissima illa Saporis Persequutio
 an. Christi 340. incoeperit, & per annos 40. continenter
 perseveraverit, idest, usque ad annum 380. potuit certe
 Maruthas ejusdem Persequutionis saltem exitum intueri,
 quum ea aetate jam clareret, & , Baronio teste, An-
 tioche.*

tiobeno Concilio contra Meſſalianos habito unus ex Patribus interfuerit . Praeterea Maruthae ipſius Vitam , pietatem , indolem , geſtaque omnia contemplanti , facile ſuadetur mihi Authorum opinio , hanc Actorum Collektionem Maruthae adſcribentium ex tanti ponderis conjecturis ; quapropter eadem Acta nunc primum heic vulgaturus , ut & probitate Authoris fides hiftoriae augeatur , operae pretium eſſe arbitror , ipſius Maruthae Vitam , reſque praeclare geſtas ab initio repetere atque exordiri .

Ejus geſta .

B. Marutham Episcopum , circa ſeculi quarti finem doctrina , & miraculis in Meſopotamia claruiſſe , communis omnium illius temporis Scriptorum vox eſt : cuius autem Urbis Episcopatum geſſerit , Graeci , Latiniſque nuſquam indicant . Syri tamen cum Tagritenſi Eccleſiae praefuiſſe diſerte ſcribunt ; ut legere eſt in eorum Chronicis , & in Codicibus Liturgicis paſſim : quam quidem Urbem variis nominibus adpellant *ܩܘܪܝܬܐ ܕܩܘܪܝܬܐ* Tagrit , *ܩܘܪܝܬܐ ܕܩܘܪܝܬܐ* Maipherkin , *ܩܘܪܝܬܐ ܕܩܘܪܝܬܐ* Maiphercat , *ܩܘܪܝܬܐ ܕܩܘܪܝܬܐ* Maipheracta , & *ܩܘܪܝܬܐ ܕܩܘܪܝܬܐ* Medinat-Sohde , hoc eſt , Martyropolis , ſeu Martyrum Civitas . Situm ejuſdem Procopius lib. 1. de Bello Perſico designat , his verbis : Perſae ſub Cabade Martyropolim obſident , quae in Regione , quae Sophofene diſta eſt , ab Amida ducentis & quadraginta ſtadiis diſtans ad Boream ventum , prope Nymphium fluvium , qui Perſas a Romaeis diſterminat . Marutham idcirco Photius Cod. 52. vocat Sopharenorum Episcopum , ideſt , Sophofenorum , nempe Urbis Martyropolis , quae regionis Sophofenes Metropolis eſt . Bau-drandius in novo Lexico Geograph. pro 240. ſtadiis , quibus Martyropolim ab Amida diſtare , ex Procopio modo dicebam , perperam numerat ſtadia octoginta . Eam inſuper Episcopalem facit ſub Amideno Archiepiſcopo : quod tamen verum fuit uſque ad Saraceni Imperii initia dumtaxat ; nam poſt occupatam a Saracenis Meſopotamiam , alia prorsus fuit cum Provinciarum , tum Episcopatuum diſiſio , ut Scriptores Syri , Arabesque demonſtrant . Et Martyropolis quidem ad eam amplitudinem atque magniſi-

gnificentiam sub Imperio Abbafidarum evasit, ut Jacobitae primum post Patriarcham sectae suae Episcopum, quem Catholicum Graeca voce dicunt, Syriace vero Maphrianum, in eadem Urbe sedem habere voluerint. Propterea S. Marutham Syri recentiores ܡܪܘܬܗ Catholicum Tagrit, & ܡܪܘܬܗ Maphrianum Orientis nuncupare solent; eo videlicet ipsum nomine decorantes, quod postremis nisi temporibus ejus successores Episcopi non obtinuerunt.

Concilio Con-
stantinopoli-
tano interest.

Mares, & Amrus, Nestoriani Scriptores, in Vita Cajumae XIV. Chaldaeorum Patriarchae, necnon Barbraeus in Chronico Syriaco Par. 3. in Vita Isaacii apud Assemanum Biblioth. Orient. tom. 2. & 3. Marutham interfuisse perhibent Concilio Constantinopolitano I. adversus Macedonium A. C. 380. coacto, licet in subscriptionibus Patrum Maruthae nomen nusquam adpareat. Quod vero scribit Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. pag. 271. Fortasse, scilicet, pro Mareas Amidenus, quod nomen legitur in Latinis illius Concilii subscriptionibus, Maruthas reponendum: id profecto stare nequit, quin Amida cum Martyropoli confundatur, quas inter Urbes complurium stadiorum distantiam intercedere, nemo in dubium vocavit; quemadmodum & Renaudotius ipse loc. cit. Martyropolim confundit cum ܒܝܬ ܓܪܡܝ Beth-garmai, seu, ut idem legit, Beit-garme, quam vocem Ossuarium interpretatur, sive Coemeterium, quasi vero inde Beit-garme dicta sit, quod Martyrum Ossa ad eam a Marutha nostro translata fuerint. Nihil vero propius dici potuit; verum tamen non est. Nam Beth-garme non urbs quaedam erat, sed regio Persis subiecta, etiam Maruthae temporibus, ut nos docet Simeon Betharsamensis Episcopus, seculo Christi sexto ineunte clarus, in Epist. de Barsauma Nisibeno, & Nestorianis, Cod. Syr. Vatic. XI. ubi duas ad regionem Beth-garmeam refert urbes, nempe ܒܝܬ ܓܪܡܝ Beth-fori, & ܠܘܨܝܘܡ Loscium, sive Lascium; Martyropolis vero Romanae ditionis Civitas fuit usque ad tempora Justiniani, teste Procopio loc. cit. Idque luculenter

Renaudotius
Martyropolim
cū ܒܝܬ-ܓܪ-
ܡܝܝܢܝܘܢ
confundit.

lenter confirmant cum Acta Martyrum Orientalium a nobis mox proferenda, tum Agathias Scholasticus lib. 4. pag. 136. ubi Vararanem Persarum Regem, Saporis filium, & Isdegerdis decessorem nuncupatum fuisse adserit Cermaſaa, hoc est, Regem Cermae, seu Garmeeae regionis, quam debellaverat, quaeque jam in Persarum ditionem transferat, quum & adhuc Martyropolis Romanorum Imperatoribus pareret.

Synodo praeterea Antiochenae anno Christi 383. ut opinatur Baronius, vel 390. ut mavult Tillemontius, adversus Meſſalianos habitae, unum ex Patribus interfuisse Marutham, tradit Photius in Biblioth. Codice 52. Διόπερ ἢ αὐτὸς συναθροίσαι ſίνωδον κατὰ τῶν αὐτῆς αἰρετικῶν, συμπρόντων μὲν αὐτῷ Ἐπιſκόπων τριῶν βίβη τῆ Σελευκείας, ἡ Μαρθᾶ τῆ Συφαρηνῶν Ἔθνης, ἔ Σάμης : Πρεσβύτεροι δὲ, καὶ Διάκονοι συμπαρήσαν μέχρι τριάκοντα. Quapropter, inquit, etiam ipse (Flavianus Patriarcha Antiochiae, ad quem Synodus Sydae in Pamphilia congregata epistolam contra Meſſalianos scripserat.) Synodum indixit adversus eosdem illos haereticos, adcedentibus tribus Episcopis Biza (seu Basilio) Seleuciae, & MARUTHA gentis Supharinorum, & Sami, ad quos se cum Presbyteri, tum Diaconi ad triginta conjunxerunt.

Posteaquam vero alteri Concilio Seleuciensi sub Caesarea, cui Episcopatum abdicanti Isaacius subrogatus fuit, anno Christi quadringentesimo celebratae praesens adfuerit, de quo videsis Amrum apud Asem. tom. 3. pag. 363. Divino Christianae in Perside rei confirmandae studio impulsus: non enim adhuc Saporis Longaevi in Ecclesiam Edicta penitus rescissa fuerant, atque deserbuerant, Constantinopolim A. C. 403. proficiscitur, Arcadium Imperatorem rogaturus, ut Isdegerdem, qui duobus ante annis Persicum Imperium inierat, pacatiorem in Christianos humanioremque reddere satageret, non vero ut illum a saevissima eorum Persequutione desistere curaret, ut auctumt cl. Orientalis Bibliothecae Author; quippe quae ab Isdegerde nonnisi circa finem regni sui, anno scilicet 418.

Meſſalianos
damnati in
Concilio An-
tiocheno.

Proficiscitur
Constantino-
polim sub Ar-
cadio, Ecclē-
siae Persicae
operam implo-
raturus.

excita-

excitata est; occasione Abdae Episcopi, cujus opera Marutham nostrum in altera ac postrema ad eundem Isdegerdem legatione usum fuisse, patet. ex insigni Socratis loco, a nobis mox citando, quique, teste Theodoro lib. 5. cap. 39. immoderato zelo pulsus. *αυρηον*, hoc est, Templum igni Persarum Deo consecratum destruxerat, quod quum instaurare abnuisset Abdas, Isdegerdes occiso Abda, everfisque Ecclesiis, quas Maruthas una cum ipso Abda reparaverat, gravissimos ac faevissimos fluctus adversus alumnos pietatis excitavit, &c. Qua de Persecutione fusius quidem in Admonitionibus nostris praevis ad Acta SS. Martyrum Maharsaporis, & Jacobi Interfici edisseremus.

S. Joh. Chry-
sostomo caris-
simus.

At quum interea Theophilus Alexandrinus, ut Eudoxiae Augustae morem gereret, plures Episcopos adversus S. Johannem Chrysostrum Chalcedone congregasset, eos inde Constantinopolim, quo ab Arcadio Imperatore aditus fuerat, transmissurus; ejusmodique adeo curis Arcadium ipsum magnopere implicitum Maruthas intelligeret, atque nullum in tanta temporum perturbatione locum sibi fore de Persicae Ecclesiae rebus agendi existimaret, improbata Episcoporum Syrorum, quos memorat Chrysostrum in Epist. ad Innocentium Papam, in eam Synodum conveniendi deliberatione, e vestigio in Mesopotamiam remeavit. Chalcedone autem quum esset, Deo Justitiae vindici, inscius licet, deservit; Cyrinum quippe Nicomediensem Episcopum, Joh. Chrysostrum inimicissimum, ejus pedem forte imprudens proculcans, vehementi adeo poena adfecit, ut is ab itinere, quod Constantinopolim una cum reliquis Episcopis cogitaverat, fuerit retardatus, & eo ex vulnere haud multo post interierit, Rem ita Socrates Libro 6. cap. 15. enarrat: *Μαρτυρὰ δὲ Μεσοποταμίας Ἐπίσκοπος ἄκων τὸν πόδα τῆ Κυρίας ἐπάτησεν. ὁ δὲ ὀδυνηρῶς ἐκ τῆς πληγῆς συνελθὼν τοῖς Ἐπισκόποις ἐπὶ τὴν Κωνσταντῖνα πόλιν εἰ δεδύνηται. ἀλλὰ μὲν μὲν αὐτὸς ἐν τῇ Χαλκηδόνι. οἱ δὲ ἄλλοι διεπέρασάν ταν. Sed Maruthas Episcopus Mesopotamiae forte imprudens Cyrini pedem calcavit:*

ille

Deo Justitiae
vindici inscius
licet deservit.

ille eo vulnere graviter adfectus, Constantinopolim una cum reliquis Episcopis transfretare non potuit; sed ipse quidem mansit Chalcedone, reliqui vero Constantinopolim trajecerunt. *Sozomenus autem lib. 8.*

cap. 16. Συνελθόντων δὲ πάντων ἐν ταύτῃ ἐνθάδε, ἔβουλομένων ὅπως αὐτοῖς κατὰ γνώμην προβαίη ἢ κατὰ Ἰωάννη ἐπιχειρήσεις. Κυρίνος, ὃς ἠγείτο τότε τῆς ἐν Χαλκηδόνι Ἐκκλησίας, καὶ κατὰ τὸ συγγενές ἴσως Θεοφίλω χαριζόμενος ἦν γὰρ Αἰγύπτιος, καὶ ἄλλως ἄσφορος Ἰωάννη τυγχάνων, πλείεστα αὐτὸν εἰλοιδόροι. Ταχέως δὲ τῶν τῶν ὕπερον ἔδοξεν αὐτὸν μετέναι δίκη. Μαριθάς γὰρ ὁ ἐκ Μεσοποταμίας συνὼν τοῖς Ἐπισκόποις, ἀκὼν αὐτῷ θάτερον τῶν ποδοῶν ἐπάτησεν. ἐδυνθεῖς δὲ, ἐκέτι σὺν τοῖς ἄλλοις ἱερεύσον εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐπεραιώθη. καίπερ ἀναγκαίως εἶναι δοκῶν πρὸς τὰς κατὰ Ἰωάννη ἐπίβουλας. Μετὰ ταῦτα δὲ κακῶς ἡσθητικῶς πολλακίς ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεπρίσθη τὸ σκέλος. ἐπιγενομένη γὰρ σπηδαῖν τὸ πᾶν ἐπενέμετο σῶμα. ὡσκαὶ τὸν ἕτερον ποδᾶ ταύτῃ ὑπομείναι, τῇ μεταδόσει τῶν πᾶσης. ἀλλ' ὁ μὲν ἔ πολλαῖ ὕπερον ἐν ταῖς ὀδύνας ἐτέλευτα τὸν βίον. **Quumque universi simul Episcopi illuc (Chalcedonem) convenissent, atque inter se consultarent; qua ratione conatus ipsis adversus Johannem ex voto succederet; Cyrinus, qui tunc Nicomediensem regebat Ecclesiam, Theophilo fortassis gratificans ob generis conjunctionem: erat enim Aegyptius, & alioqui a Johanne dissidebat: multis eum probris, & conviciis oneravit. Verum Divina justitia contumeliarum istarum brevi ab illo poenas exegit. Maruthas enim ortus ex Mesopotamia, qui una cum Episcopis illic aderat, forte alterum ejus pedem calcavit. Unde adfectus dolore, una cum reliquis Episcopis Constantinopolim trajicere non potuit, licet ad struendas Johanni insidias admodum necessarius videretur. Postea vero quum ex vulnere male haberet, crus ei non semel a medicis dissectum est. Superveniens enim putredo totum corpus depascebatur: adeo ut alter quoque pes idem passus sit ex mutua doloris communicatione. Et Cyrinus quidem haud multo post in doloribus exspiravit.**

Constantino-
polim rever-
titur .

*Exsaturatam, expletamque in S. Johannem Chryso-
stomum, post ejus ab Urbe Constantinopoli exsilium bac-
chantem improborum hominum feritatem ratus Maru-
thas, illuc revertitur A. C. 404. ut & intermissam Ec-
clesiae Persicae rem apud Imperatorem resumeret, &
quantacumque posset opera Chrysofstomi partes tutaretur.
Chrysostomus autem, cognito Maruthae Constantinopolim
reditu, binas ad ipsum dedit Epistolas, quae, prob dolor!
interierunt. Quumque nihil interim haberet Maruthas
nisi molestissimum quod rescriberet, in eam Chrysostomus
suspicionem venit, ne Maruthas vel sui ergo in carcere
detineretur, ut autumat Baronius, vel Theophili ejusque
fautorum fraude impulsus, partes sui deseruisset, ut scri-
bit Tillemontius. Tertiam idcirco Olimpiadi conscripsit
Epistolam, in qua sic de Marutha honorifice loquitur:*

Μαρτυρῶ τὸν Ἐπίσκοπον μὴ Ἀσλείτης, τὸ γὰρ εἰς σε ἦκον . Θεραπεύσασα ,
 ὥστε ἀνημυσσᾶς τῷ βαράθρῳ . μάστιγα γὰρ αὐτῷ δέουμαι ἄφ' τὰ ἔο
 Περσίδι . Ἐ μάλιστα παρ' αὐτῷ ἂν δυνατὸν σοι γίνεσθαι, τίτε κατορθῶται
 ἐκείσε δι' αὐτῷ, καὶ τίος ἕνεκεν παραγέγονε . καὶ δὴ λῶσον ἡμῖν, εἰ τὰ δύο
 ἐπιστολάς, ἃς ἔπεμψα αὐτῷ, ἀπέδωκας . καὶ μὴ βυληθεῖη ἡμῖν ἐπι-
 στήλαι, πάλιν ἐπιστελέμεν αὐτῷ, ἂν δὲ μὴ βυληθεῖη καὶ τῆ εὐλαβείᾳ
 σε δηλώσῃ εἰ τι γέγονεν αὐτοτι πλεόν, καὶ εἰ μέλλοι τι κατορθοῦν πάλ-
 λιν κατιῶν . Ἐγὼ γάρ ἄφ' οὗτο καὶ ἰαυδάζον αὐτῷ συγχεύσασθαι .
 πλὴν πάντα τὰ παρὰ σε γένοσθω, καὶ πάντες κατακέφαλα φέ-
 ρονται, τὰ σαυτῆς πλήρης . ὁ γὰρ μισθὸς σε ἔσται ἀπρητισμῆρος . πᾶνο οὖν
 αὐτὸν οἰκείωσαι, ἕως ἔχωρεῖ . Marutam Episcopum quantum
 in te fuerit, omnibus officiis complecti, ne desinas,
 ut eum barathro extrahas . Nam ejus opera ob Persi-
 dis negocia magnopere egeo : atque ita, si fieri potest,
 ex eo intellige, quidnam illic ipsius studio, atque ope-
 ra perfectum sit, & cur istuc profectus sit; & num ei
 duas Epistolas, quas ad eum misi, reddideris . Si ad me
 scribere velit, rursum scribam, sin rescribere gra-
 vetur, saltem quid illic profectum sit, tibi exponat,
 & num quid rursus eodem proficiscens praestiturus
 sit . Nam ego hac de caussa ipsum convenire stude-
 bam .

Epist. 14. ad
Olimp.

bam. Utcumque sit, quidquid tuarum partium est, praesta, munusque tuum exple, etiam si omnes pro no capite in praecipua ferantur: merces enim tua numeris omnibus absoluta erit. Eum igitur quam maxime poteris, demerere. Haec Chrysofostomus de Marutha; quibus intelligas per eum Christianae fidei in Perside propagationem ipsum Chrysofostomum jam urgere coepisse.

Quanta vero in existimatione esset apud Theodosium Junio- rem, qui, extincto paullo post patre Arcadio, Imperium suscepit, vel exinde facile conjici potest, quod is Marutham in Persidem semel atque iterum legatum prae ceteris destinaverit, ut Isdegerdem Regem, ad foedus cum Romanis faciendum, hortaretur; atque ita integrae Christianorum ipse Persarum libertati, & incremento prospiceret. Quid autem istis in legationibus praestiterit Maruthas, audiamus Socratem Hist. Ecclesiast.

lib. 7. cap. 8. Χρεία δὴ ἔν τῳ τότε ἤγαγεν, ὡς Μαρυθᾶν τὸν Μεσοποταμίας Ἐπίσκοπον, ἔ μικρὸν ἔμπροσθεν μνήμῳ πεποιθίμεθα περιφθῆναι παρὰ τῷ Βασιλεῖ Ρωμαίων πρὸς τὸν Βασιλέα Περσῶν. ὁ δὲ Βασιλεὺς ἦν Περσῶν πολλῶν βίλας παρὰ τῷ ἀνδρὶ Ἀρκάδι; Ἰσθίμης ἦγεν αὐτὸν, καὶ ὡς ὄντως Θεοφιλεῖ προσεῖχεν. τῷτο γινόμενον ὑπέκρινε τὸς Μάγους, οἱ πολλοὶ παρὰ τῷ Περσῶν Βασιλεῖ ἰσχύισαν. ἐδεδοίκεσαν γὰρ, μὴ τὸν Βασιλέα Χριστιανίζεν πείσῃ. καὶ γὰρ κεφαλαλίαν αὐτῷ χρονίαν, καὶ οἱ Μάγοι θραγαυῖσθαι μὴ δεδύνωται, τάντιν οὐ Μαρυθᾶς εὐχαῖς ἐθεράπευσε. βυλεύοντα οὖν ἀπάτην οἱ Μάγοι. καὶ ἐπειδὴ οἱ Πέρσαι τὸ πῦρ σέβουσιν, εἰώθει δὲ ὁ Βασιλεὺς ἐν οἴκῳ τινὶ τὸ διηνεκῶς κηρόμῳ πῦρ προσκυνῆν, ὑπὸ γλῶ κατακρύψαντες ἀνθρώπον, καὶ ὃν εἰώθει κερὸν ὁ Βασιλεὺς εὐχεσθαι, ᾗσεκέυσαν ἀναφθέρησθαι, ἔξω βάλλουσ δὲ τὸν Βασιλέα. ἠσέβησαν γὰρ, ὅτι τὸν ἦν Χριστιανῶν ἱερέα νομίζῃ Θεοφιλεῖ. ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰσθιγέρθης, τῷτο γὰρ ὄνομα τῷ Περσῶν Βασιλεῖ, ἀδέλφος μὲν ἀποπέμπεσθαι δ' ἔν ὁμοίως τὸν Μαρυθᾶν ἐβύλετο. Μαρυθᾶς δὲ ἀληθῶς Θεοφιλεῖ ἀνθρώπος, εὐχαῖς προσέκετο, δι' ὃν εὐρίσκει τὸν πῦρ ἦν Μάγων γινόμενον δόλον. τῷ ἐν Βασιλεῖ, μὴ παύσῃ, ἔφη, Βασιλεῦ. ἀλλ' εἰσελθῶν ὅτε τῆς Φωνῆς ἀκούσῃς, ὀρύξας τὸν δόλον εὐρύσεις. ἔ γὰρ τὸ πῦρ φθέρηται, ἀλλὰ ἀνθρώπων κατασκή τῷτο ποιεῖ. πείθεται τῷ Μαρυθᾶ ὁ Περσῶν Βασιλεὺς, καὶ αὐθις εἰσθῆι εἰς τὸν οἰκίον, ὅπως καὶ τὸ ἀσβεστον πῦρ. ἐπειδὴ δὲ αὐθις ἀκούῃ τῆς αὐτῆς Φωνῆς, ὀρύξῃ τὸν τόπον ἐκέλευσε. καὶ ὁ προ-

A Theodosio Imp. ad Isdegerdem Persarum Regem adlegatur.

πέμπων τὴν τοιμαδεῖσαι Θεῶ φωνὴν, ὄξηλέγγυτο. ὤελοργὸς ἔν γινόμενος ὁ βασιλεὺς, τὸ τῶν Μάγων γένος ἀπέδικάτωσε. τῆτε γενομένης, ἔπεσε τῷ Μαρυθαῖ, ἔνθα ἀν βέλοιτο, κτίζειν Ἐκκλησίας. ἐκ τῆτε ὡς Πέρσας ὁ Χριστιανισμὸς ἐπλατύνετο.

Τότε μὲν ἔν Μαρυθαῖς ἀποχώρησας τῶν Περσῶν, ἀυδὶς ἐπὶ τῷ Κωσαντινέπολιν ἐπαίρεται. ἐκ εἰς μακρὰν δὲ πάλιν πρεσβείας ἔσκεσ ἀντιπέμπετο. ἀυδὶς τε οἱ Μάγοι σκιδωρίας ἐπεσοῦντο, ὅπως ἀν μηδαμῶς τὸν ἀνδρα προσδέχαιτο ὁ βασιλεὺς. ἐπρώσασαν τε δυσωδία τινὰ κατασκιάσιμῳ, ὅδεσ ὁ Βασιλεὺς εἰώθει προσέρχασ. Διβολῆ τε ἐχρῶντο ὡς ἀρα ταύτῳ οἱ τῷ Χριστιανισμῷ σιωόντες εἰργάσαντο. ὡς δὲ ὁ Βασιλεὺς ἦδη πρότερον ὑπόπτις ἔχων τῆς Μάγης, σπεδαμότερον ἀνέστη τῆς δράσαντας, ἀυδὶς ἔξ αὐτῆ ἀτυρίσκοντο οἱ τῆς κακῆς ὁδμῆς ποιηταί. διὸ κὶ ἀυδὶς πολλὰς αὐτῶν ἐτιμωρήσατο. Μαρυθαῖν δὲ Διῶ πλείονος ἦγε τιμῆς. ἔ ἠγάπα μὲν Ῥωμαίς, ἔ τῷ πρὸς αὐτῆς Φιλίαν ἠσπάζετο. μικρὸν δὲ ἐδέησε κὶ Χριστιανισμῷ αὐτὸν, πῆρας δεδωκότος ἐτέραι τῷ Μαρυθαῖ, σὺν Ἀνδρῶ τῷ Ἐπισκόπῳ Περσίδος. ἀμφω γῆ τὸν ὀχλῶντα δαίμονα τῷ ἠὲ Βασιλείῳ ἀπῆλασαν, τρεῖας κὶ προσβαχίς χολάσαντος.

Forte igitur, inquit, negotii cujusdam necessitas tunc exegit, ut Maruthas Episcopus Mesopotamiae, cujus paullo ante mentionem fecimus, ab Imperatore Romano (*Theodosio Juniore*) ad Regem Perfarum (*Isdegerdem*) destinaretur. Rex autem Perfarum quum eum virum eximia pietate praeditum esse deprehendisset, magnum illi honorem exhibuit, & tamquam Dei vere amicum aufcultavit. Ea res offendit animos Magorum, qui apud Regem Perfarum plurimum valent. Verebantur enim, ne is persuaderet Regi, ut Christianam Religionem amplecteretur. Etenim diuturnum capitis dolorem, quo Magi eum liberare non potuerant, Maruthas precibus suis curaverat. Fraudem ergo comminiscuntur Magi: & quoniam Persae ignem colunt, solebatque Rex ignem perpetuo ardentem in aede quadam adorare, hominem quemdam terra occultantes, eo tempore, quo Rex adorare consueverat, exclamare jusserunt: Foras exturbandum esse Regem, impie enim illum egisse, qui Sacerdotem Christianorum Deo carum esse existimet. His auditis, Isdegerdes (hoc enim nomine vocabatur Rex Per-

Quem diuturn.
no capitis do-
lore liberat.

Magorum.
fraudem dete-
git.

Perfarum,) licet Marutham reverentia prosequeretur, dimittere tamen in animo habebat. At Maruthas vere Deo acceptus, Orationibus vacabat, quarum subsidio fraudem Magorum detexit. Itaque Regem adiens: Noli inquit, o Rex, amplius deludi; sed ingressus, postquam vocem audieris, effossa humo, fraudem deprehendes. Non enim loquitur ignis, sed hominum fraus, & machinatio istud facit. Rex Maruthae morem gerens, denuo in aediculam ingressus est, in qua ignis perpetuus ardens servabatur. Quumque eandem vocem iterum audisset, locum effodi iussit. Tum is, qui vocem illam emittebat, quae Dei esse putabatur, deprehensus est. Itaque Rex ira inflammatus, gentem Magorum decimationis supplicio addixit. Quo facto Maruthae permisit, ut, ubicumque vellet, Ecclesias aedificaret. Exinde apud Persas Christiana Religio latius propagata est.

Maruthas vero, *pergit idem Socrates*, tunc quidem e Perside discedens, Constantinopolim reversus est. Sed non longo post tempore legatus iterum missus est ad Persas. Atque iterum Magi fraudes ac dolos excogitarunt, ne Rex ullo pacto eum admitteret. Tetrum enim foetorem machinatione quadam excitarunt eo loci, quo Rex procedere solitus erat, eumque a Christianis excitatum esse calumniati sunt. Sed quum Rex, utpote qui suspectos jam dudum habebat Magos, foetoris hujus authores diligentius investigaret, rursus deprehensus est, pestiferi illius odoris artifices Magos esse. Rursus ergo multos ex illis supplicio adfecit; Marutham vero majori adhuc in honore habuit. Et Romanos quidem deinceps dilexit, eorumque amicitiam amplexus est. Parum autem abfuit, quin ipse Christianus fieret, quum Maruthas una cum Abda Persidis Episcopo alterum etiam Miraculum edidisset. Ambo siquidem Daemonem, quo Regis filius vexabatur,

Iterum in Persidem mittitur.

Una cum Abda Episcopo filium Regis energumenum liberat.

tur, depulerunt, quum prius jejuniis ac precibus incu-
 buissent, &c. *Haëenus Socrates. Et sane Isdegerdis*
Regis favore atque indulgentia usi Maruthas, & Abdas
nihil, quod ad Christianam rem conducibile videretur,
omiserunt. Conlapsas repararunt Ecclesias, novas in to-
tâ late Perside construxerunt. Utque Ecclesiasticam disci-
plinam, postremae potissimum Saporicae Persequutionis
immanitate atque diuturnitate labefactatam, in pristi-
num Maruthas restitueret, duas Ctesiphonte celebravit
Synodos: alteram in prima sua legatione, cujus meminit
Renaudotius tom. 2. Liturg. Orient. p. 272. alteram in
secunda; de qua haec Dionysius Patriarcha in Chron. ad
An. Graecorum 725. Christi 414.

Rem Christia-
 nam in Persi-
 de inflaurat &
 propagat.

Duas Synodos
 celebrat in ur-
 be Ctesiphon-
 te.

תתקן ויבן ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר
 ויגדל ויחבר ויחדש ויחזק ויחבר

Anno Graecorum 725. claruit S. Maruthas Episco-
 pus Maipheractae . Hic ab Imperatore Theodosio
 ad Isdegerdem Persarum Regem missus, pacem in-
 ter utrumque conciliavit. Eodem autem tempore
 celebrata fuit Synodus Persica, quae fidem Nicae-
 nam corroboravit . Praefuerunt illi Synodo Maru-
 thas Maipheractensis, & Jaballahas Catholicus Ctesiphontis.
 Habita vero fuit in ipsa urbe Ctesiphonte.

*Reliquias praeterea Martyrum, qui in superioribus Ec-
 clesiae Persicae Persequutionibus passi fuerant, ab Isde-
 gerde sibi concessas, redux inde in Mesopotamiam tran-
 stulit, & in urbe sua Tagritò, quae idcirco Martyropolis
 dicta*

Reliquias
 Martyrum
 Persarum Ta-
 gritum trans-
 fert.

dicta est, plerasque deposuit; ubi & ipsius Maruthae, aliquandiu post morte sua defuncti, Corpus conditum fuit: quod tamen post frequentes quam Persae, Arabesque in Mesopotamiam facere coeperunt excursiones, in Aegyptum inde delatum fuisse, atque in Scetenfi Deiparae Syrorum Monasterio etiamnum adseruari, testatur ejus loci Coenobitae, qui & illius tumulum Assemano meo, Nitriensem solitudinem annis ab hinc triginta obeunti commonstrabant. Sanctissimi autem Maruthae, uti & Translationis Reliquiarum Martyrum Persarum, ab eo factae, memoriam colunt Coptitae die 22. Emfirci, seu 19. Februarii, Syri & Melchitae 16. ejusdem mensis, Graeci vero in Menaeis, Latinique 4. Decembris.

Corpus ejus in Scetenfi cenobio: & memoria in Martyrologio.

Porro ex haecenus dictis castigandi sunt. Primo, Orientales nonnulli, qui S. Marutham nostrum Concilio Nicaeno interfuisse fabulantur, eo quod Decreta illius Synodi in Perside observanda curaverit. Nam praeterquam quod Maruthas nisi nonaginta circiter post habitam Nicaenam Synodum annis id non praestitit, ipse quidem vivebat sub Theodosio Imperatore, & Isdegerde Persarum Rege circa A. C. 410. ut supra ostendimus; Nicaena vero Synodus coacta fuerat sub Constantino M. & Sapore Rege ante annos 85. hoc est, A. C. 325. Praeterea idem Maruthas noster in Historia hujus Concilii, ab Ebedjesu Sobensi in Epitome Canonum Synod. cap. 3. laudata, alterum Marutham Maipheractensem, unum ex Patribus Nicaenis, tamquam a se omnino diversum commemorat. Secundo, Martyrologium Romanum, quod in Elogio S. Maruthae ad praesignatum diem 4. Decembris, conlapsas in Perside ob Persequutionem Isdegerdis Christianorum Ecclesias Marutham reparasse tradit; quum Persequutio Isdegerdica, ut superius diximus, nonnisi aliquot annis posteaquam Maruthas legationibus suis ad ipsum Isdegerdem functus, unacum S. Abda Ecclesias Persicas reparaverat, occasione ipsius Abdae excitata fuerit. Tertio demum, in viam reducendi Coptitae, qui inepte quidem nugantur, dum in Synaxario suo ad praesignatum

Perperam a nonnullis cum altero Marutha confunditur

Martyrologii Romani lapsus.

tum

tum diem 22. Emsciri de Marutha haec legunt : في هذا اليوم تذكّر مارونا الاسقف ونقل اعضا القديسين المستشهدين بمدينة ميفارقين على ايام ديقلانثيانوس . فلما مارونا الاسقف فلكترة قلبه وفضيلته ارسله ثاودوسيموس الملك الكبير ابو ارغاديوس وانوريوس الى ملك الفرس رسولا للمدينة التي كانت بينهم . فاكرمه سابور ملك الفرس ونزله في قصر من قصور المملكة . فبلغه ان الملك له ابنة يجنونه . فاستدعاهما . فلما حضرت بين يديه فصلّى عليها فمريت لزوجتها ففرح سابور الملك بذلك وزاد في كرامته . فطلب منه اجساد القديسين الذين استشهدوا في بلاد فارس . فدفعهم له . فبنا عليهم كنيسة . وبنا حول الكنيسة حصنا كبيرا . وبنيت داخل الحصن مدينة . فاسموها باسم مشتق من اسم القديسين وهو مارونا . ثم بعد ان عاد الى الملك واقام في بلاد الروم سنيًا تتيح في مثل ذلك اليوم الذي كرتز فيه الكنيسة . فصار يعبد له ولتكريز الكنيسة .

Hoc die Commemoratio Marunae Episcopi , & Translationis Reliquiarum Martyrum , qui sub Diocletiano in urbe Miapherkin passi sunt . Et Marunas quidem Episcopus ob eximiam probitatem , & virtutem a Theodosio Magno Imperatore , Arcadii & Honorii patre , ad Perfarum Regem legatus fuit in urbem , intra utriusque Imperii fines positam . Sapor vero Perfarum Rex Marunam perhonorifice exceptum , in Regio Palatio diversari iussit . Quumque is filiam Regis a Daemone vexari intellexisset , eandem sibi listi voluit , fusisque ad Deum precibus , confestim liberavit . Quo beneficio Sapor ingenti laetitia adfectus , majori adhuc in honore Marunam habuit . At ille Sanctorum Corpora , qui in Perfide Martyrio coronati fuerant , a Rege postulavit : quibus impetratis , in Ecclesia , quam aedificavit , ea recondidit . Circa Ecclesiam vero amplissimam Arcem excitavit , & intra Arcem Urbem , cui nomen Sanctorum , idest , Marunae fuit inditum . Mox ad Imperatorem reversus , annos aliquot in terris Romanae ditionis vixit : migravitque ad Dominum , recurrente die , quo Ecclesiam illam dedicaverat . Quamobrem ipsius Festum unacum Ecclesiae Dedicatio-

catione peragitur. Hucusque *Coptitarum Synaxarium*, vera falsis permiscens. In primis Marunas perperam pro Marutha ponitur: idque non ob defectum unius puncti, ex amanuensis incuria natum, quod literae ω Nun adpositum ex مارونا Maruna ماروثا Marutham faceret; sed certo *Coptitarum consilio*, qui in Ecclesia diserte Marunam legunt. Deinde Marutham adlegatum fuisse, fingit, a Theodosio Magno ad Saporem; quum id sub Theodosio Juniore, & Isdegerde contigerit. Tertio filiam Regis Persarum spiritu malo liberasse, quum Isdegerdes filium Energumenum, non vero filiam habuerit. Quarto Martyres in Perside passos dicit sub Diocletiano, qui tamen coronam adepti sunt saeviente Sapore Longaevo, sub Constantio, Juliano, Joviniano, Valente, ac Theodosio M. Romanis Imperatoribus. Horum enim corpora postulavit Maruthas, & partim Martyropoli reposuit, partim Constantinopolim, aliasque ad Urbes Romani Imperii transmisit. Denique quum Michael Meligenis Episcopus, Synaxarii Coptici auctor, causam ignoraret, cur Urbs Tagrit, seu Miapherkin Martyropolis adpellata fuisset, novam comminiscitur Urbem: nam Tagrit quidem condita jam fuerat, anteaquam Maruthas nasceretur; Martyrum vero Urbs idcirco nuncupata est, quod illuc multa Sanctorum Martyrum corpora ex Perside, Maruthae ipsius opera, inlata fuissent.

Eadem fere de Marutha nostro tradunt Graeci in Menologio Basiliano & in Menacis die 4. Decembris, uti & Maronitae atque Melchitae in Synaxariis die 16. Februarii. Nec ab similia habent Jacobitae, Armeni & Nestoriani: quorum propterea de eodem Marutha commenta singula haec percensere supervacaneum omnino ducimus. Quin & Zacharias Kazuinenis, Scriptor Mahometanus, in Opere Tripartito, quod de mirabilibus Creaturarum, & Regionum inscripsit, Cod. Arab. Mediceo CVII. ad supra memoratos *Coptitarum errores*, alterum, eumque immanissimum de suo adjecit, Marutham scilicet sub Constantino Magno claruisse.

Quid de eodem Graeci, Maronitae, Jacobitae, Nestoriani, Armeni & Mahometani.

: ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

Quam etiam (*Fidem*) amplexi sunt sub Marutha Episcopo , qui a Caesare Romaeorum Imperatore ad Isdegerdem Regem Regum anno regni ejus undecimo adlegatus fuit ; confirmaruntque quadraginta Episcopi ditionis Persarum . Omnes circa Ecclesiasticam disciplinam versantur , eodem Renaudotio teste , praeter secundum , qui expositionem Fidei continet : iisque praemittitur Epistola Maruthae , quae scripta dicitur in Concilio quadraginta Episcoporum , praesente Isaacio Catholico , seu Primato illarum Urbium , ipsius Maruthae fratre . Historiam Concilii Nicaeni , adjectis Canonibus ejusdem , quos in Syrorum sermonem transtulit : de quibus Ebedjesus pag. 50. ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

: ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

Idem (*Maruthas*) vertit Canones Patrum trecentorum decem & octo , scripsitque totam historiam illius Sanctae Synodi . Opus vere aureum ; sed , proh dolor ! necdum inventum . Idem Ebedjesus in Epitome Canonum Synodaliū cap. 3. ex Nicaena Maruthae historia nonnihil delibavit , hoc praefixo titulo : ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

: ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

Historia Concilii Oecumenici ex iis , quae Maruthas Maipheractensis rogatus ab Isaac Catholico scripsit . Canones autem , quos transtulit Maruthas , tres sunt supra septuaginta , de quibus Ebedjesus loc. cit.

ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ ܩܘܡܐܢܐ

: אֲתָרָהּ הַתַּלְמוּדִים הַלְלוּ . אֲתָרָהּ הַלְלוּ

Verum apud nos nihil aliud exstat, praeter septuaginta & tres Canones, quos Maruthas transtulit, & praeter alios viginti, qui nuper editi fuerunt. *Sed de his vide quae in Catalogo nostro Mediceo Cod. CVIII. fuerunt a nobis observata.*

Haec Maruthae Gesta, Scriptaque ex bucusque laudatis Authoribus, quos Assemanus in epitomen redegit, haufimus. Cetera vero plurima, quae fortasse una cum aliis Ecclesiasticae historiae Monumentis in aliquo Aegypti, aut Syriae angulo tineas pascunt, sanctissimi hujus Episcopi praecleara facinora conjectura quidem adsequi possumus, sed certo ac speciatim nosse nobis haud licuit. Haec una spes superest, si quidem Syriacum Codicem, quem a Scetenfibus Nitriae Coenobitis nullo pretio extorquere potuit Assemanus, & quo in Codice ejusdem S. Maruthae Acta abunde copioseque enarrari perviderat, ulla unquam aetas sit ad nos delatura, tum denique, quae ille gessit scripsitque, nos singula perspecturos.

Age vero ex his quae haecenus dicta sunt, validissima, ut vides, suppetunt nobis argumenta, quae Marutham ipsum hujus Actorum Martyrum Orientalium Collectionis authorem demonstrant. Quidni ita vero? quum ne dicta superius heic refricare videamur, sit omnino incredibile, S. Marutham, qui pro tot conlatis in Isdegerdem beneficiis nil aliud ab eo petiit, quam facultatem Corpora SS. Martyrum, quorum passio postremas Ecclesiae Persicae clades consequuta fuerat, redimendi, eaque deinde in Romani Imperii sinum convehendi; laudatas quidem Reliquias secum detulisse, & partim Martyropoli sua in Civitate reposuisse, partim Constantinopolim, aliasque ad Romani Imperii Urbes transmisisse; de illorum vero Nominibus describendis, Actisque colligendis nihil prorsus fuisse sollicitum.

Sentio quidem quid contra adferri possit; nempe simile Actorum Opus & ab Achaeo Seleucia & Ctesiphontis

tis Episcopo, Maruthae aequali, & ab Episcopo Adanensi, aliisque pluribus eodem tempore fuisse adornatum: quod nos minime inficias imus, quum id Amrus apud Assemanum Bibl. Orient. tom. 3. pag. 368. testetur, & longe ante Anri aetatem Sozomenus lib. 2. cap. 14. nos docuerit, Gesta eorum Martyrum a Persis, Syris atque Edeffenis fuisse conscripta. At quod evidentissimae plane demonstrationis nostrae negocium conficit, illud heic succurrit argumentum, quod & robustissimum apud Criticos omnes existimatur, & nobis certe suppetit luculentissimum. Ea enim Criticorum lex est, communi firmata consensu, ut, si anonymum scriptum temporis, loci, atque orationis nota cum Authoris cujusdam instituto, aetate, loco, eloquutione consentire deprehendatur, ipsi potissimum scriptum illud adjudicandum sit. Nos autem praeter ea, quae haecenus recensuimus, & temporum, & locorum indicia, quaeque omnia Marutham significare, ac plane indigitare jam vidimus, quid tandem habemus desiderandum, si quidem & hoc ipsum adcedat quamfimillimae hujus Orientalium Martyrum historiae cum aliis Maruthae Scriptis, quae supersunt, orationis argumentum? Adsint profecto nobiscum quotquot hominum sunt, qui Chaldaicum seu Syriacum idioma penitus calleant, rem mecum visuri adsint, ac plane intuituri; videant, ut haec historia, aliaque, quae certissima sunt Maruthae, scripta eadem scateant eloquentia, eodem consonent vocum atque verborum circuitu, eadem polleant dictionum castitate, iisdem elegantissimis, iisdem phrasibus, iisdem sensuum intervallis luculentissime internitescant. Quare quoniam hominibus iis, qui non ex arbitrio, sed ex propositis argumentis de rebus judicare consueverunt, quod ad Marutham pertinebat, in authorem bujusce Actorum Martyrum Collectionis adferendum, satis nos jam fecisse videmur, nunc denique ad tertium atque postremum de Saporicae quadraginta annorum Persequutionis Epocham, certe magis salebrosam controversiae caput dirimendum veniamus. Anteaquam vero ad saevissima Persequutionis tempora descendamus, id non

molestum fore confidimus, si primum Christianae Fidei in Perside ortum, atque incrementa paucis ab origine repetamus.

Christianae
Fidei in Persi-
de initia & in-
crementum.

Et primo quidem Christianam Fidem in Orientem, atque adeo in Persidem invexisse Magos, qui gentium primi Christum Dominum adorarunt, ex Evangelica historia plane discimus; quum in Orientem, unde adcesserant, rediisse dicantur. Dein vero ex XII. Apostolis Matthaeum Aethiopicibus primum, tum Parthis, Persis, Medisque Evangelium praedicasse, adfirmant S. Ambrosius Ps. 45. Paulinus Carm. 26. & Menaea Graecorum die 16. Novembris. Bartholomaeum quoque in India, seu Arabia Felice, necnon in Perside fidem Christi nunciaisse, ex Eusebio, Theodoro Studita, Niceta, Nicephoro, Graecorumque item Menaeis ostendit Tillemontius Tom. 1. Par. 3. ubi & ex Fortunato, Nicephoro, pseudo-Abdia, & Beda scribit, Judam Jacobi, seu Labaeum, alias Thaddaeum, ab Adaeo quidem, seu Thaddaeo Discipulo diversum, Arabiae, Syriae, Mesopotamiaeque populos docuisse, deinde in Persidem perrexisse, ibique cum Simeone Cananaeo Martyrii lauream fuisse consequutum. Quin & Johannem Apostolum inibi Evangelium disseminasse, liquet ex ejus Epistola, quae olim Parthis inscribatur. Prae ceteris tamen ex XII. Thomam, ex LXX. vero Adaeum, seu Thaddaeum, ejusque Discipulos Marim, & Aghaeum Chaldaei, & Persae conlaudant, quos & Orientis Apostolos per excellentiam dicunt, & quibus non modo Christianam fidem acceptam referunt, sed institutam etiam Episcopalem, quae postea in Archiepiscopalem, & Patriarchalem aucta est, Seleucia & Ctesiphontis Sedem adtribuunt; ut videre est apud Assemanum Biblioth. Orient. tom 3. par. 2. a pag. 4. ubi hujusce traditionis originem & fundamenta congerit. Quare neutiquam adsentimur Hermiae Sozomeno, qui Ecclesiasticae Historiae libro 4. cap. 8. Persas tradit, non ab Apostolis, sed ab Osdroënis, & Armenis, qui per S. Gregorium Illuminatorem ad Christi fidem adducti sunt, sero tandem, & non nisi post seculum

hum tertium Christiana Fide fuisse informatos. Et si enim anno 312. altas adeo in Armenia radices egerat Christiana Religio, ut plurimorum SS. Martyrum fuso sanguine contra Galerium Maximinum magno fortique animo fuerit vindicata; perperam tamen inde quis conjiceret, eam ex Armenia in Persidem commigrasse, quum ex Persis jam plures superioribus annis, ac praecipue anno 250. sub Decio Imperatore, certum sit atque exploratum, Martyres occubuisse. Quin Bardesanes, seculi secundi scriptor, apud Eusebium lib. 6. de Praeparatione Evangelica cap. 8. refert, sua aetate non paucos apud Persas Christianos inveniri. Quidquod longe etiam pietate, quam numero praestantiorum fuisse Ecclesiam Persicam, ineunte seculo quarto, manifestum est, nedum ex Virginibus Deo sacris, quae & longe ante id temporis frequentes in Oriente existisse perhibentur, verum etiam ex Monastico instituto, quod priusquam Europaeis hominibus innotesceret, in Mesopotamiam, Assyriam, & Persidem ab Eugenio Antonii, Magni Discipulo, quem Orientales & Abun, seu, ut Chaldaei pronunciant, Avun, hoc est, Patrem nostrum, per excellentiam adpellant, inventum, quam maxime florebat, teste Sozomeno lib. 6. c. 33. ubi Eugenius ex Chaldaica voce Avun Aones audit. Quantum vero ad disseminandam iis in regionibus Orthodoxam fidem ejusmodi professionis homines contulerint, Ecclesiastica nos docet historia; non enim sibi tantum vacabant, sed & quum res postularret, Ecclesiae curam gerentes, eam qua miraculis, qua sermonibus, fuso etiam sanguine illustrabant. Sic Jacobus ille Magnus, Aonis Discipulus, ex altissimorum Mesopotamiae Montium verticibus, ubi solitariam & quietam vitam agebat, in Persidem se contulit, visurus plantas verae religionis, & congruentem eis curam exhibiturus; ut inquit Theodoretus Hist. Relig. cap. 1. Sic reliqui Aonis discipuli, & imitatores, a Sozomeno commendati, (quibus ad censendi sunt SS. Barsabias, Bademus, aliique Monachi Persae, saeviente postea Sapore, Martyres, quorum Acta infra proferemus) Syros fere omnes,

Monachorū in
Ecclesiā Pers.
sicam prome-
rita.

omnes, ut scribit idem Sozomenus cap. 34. & ex Persis, ac Saracenis quamplurimos ad religionem suam traduxerunt, & a superstizioso daemonum cultu abstraxerunt. Quocirca Constantinus Magnus quum, teste Eusebio in ejus vita lib. 4. cap. 8. Γυθόμορος γέτοι πῶς τῶ Περσῶν γένοι πλῆθειν τὰς τῷ Θεῷ Ἐκκλησίας, λαῖς τε μυρίαδους ταῖς Χριστῷ ποιόμεναις ἐσαγγελάσας, χαίρων ἐπὶ τῇ τῦτων ἀκοῇ, οἶά τις κοινὸς τῶν ἀπανταχῆ κηδεμῶν, πάλιν κἀνταῦθα τὴν ὑπὲρ τῶν ἀπάτων εἰσῆγε πρόνοιαν. apud Persas crebras esse Ecclesias Dei accepisset (fortasse ab Johanne Episcopo, qui Persarum Ecclesiae nomine Nicaenae Synodo Generali adfuerat, aut a Magno Jacobo, Nisibis in Mesopotamia Episcopo, quem de Regno Persarum, & de Persequutione Christianorum, scripsisse adfirmat Gennadius in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum cap. 1.) & numerosam populorum multitudinem intra Christi ovilia congregari; hoc nuncio magnopere delectatus, utpote communis quidam omnium ubique gentium hominum tutor & curator, ad illa etiam loca providentiam suam pro cunctorum commodis laborantem extendit: missisque ad saporem Persarum Regem, qui secum foedus inire avebat, muneribus amplissimis, insignem adjecit Epistolam, quam integram refert idem Eusebius loc. cit. cap. 9. & seqq. sic in ejus extremo Saporem adloquitur: Τύτῃ τῷ καταλόγῳ τῆς ἀνθρώπων, λέγω δὴ τῆς Χριστιανῶν, ὧν ὑπὲρ τῦτων ὁ παῖς μοι λόγος, πῶς οἶε με ἠδεῖσθαι ἀκούοντα, ὅτι καὶ τῆς Γερσίδος τὰ κράτιστα ἐπιπλεῖστον, ὡσπερ εἰς μοι βυλομύθῳ, κεκόσμηται. σοὶ τ' οὐδ' ὡς ὅτι κάλλιστα, ἐκείνοις ὡσάντως ὑπάρξει τὰ κάλλιστα, ὅ, τι σοὶ, κακίειν. ἔτω γὰρ ἔξεις τὸν τῶν ὄλων διασώτην πατέρα Θεὸν ἴλεω, & διμῆν. Τύτῃς τοιγαροῦν ἐπειδὴ τοσούτος εἰ. σοὶ πῶς ἰατρίδιεμα. τὸς αὐτὸς τύτῃς, ὅτι & δισέβεια ἐπίσημος εἰ, ἐγχειρίζω. Τύτῃς ἀγάπα ἀμωδίας τῆς σεαυτῷ Φιλανθρωπίας. αὐτῷ τε γὰρ, & ἡμῖν ἀπερίγραπτον δώσεαι Δὲ τῆς πίστεως τὴν χάριν. Quanta porro voluptate me adfici censes, quum audio id, quod mihi maxime in votis est, horum hominum multitudine, Christianorum scilicet (de his enim in praesentia loquor)

quor) nobilissima quaeque Perfidis loca longe lateque esse decorata. Opto igitur, ut & tuae res quam florentissimae, & illorum perinde sint florentissimae: hoc est, ut tuae, sic illorum. Hoc enim modo summum omnium Dominum ac parentem Deum, propitium ac placatum habiturus es. Hos itaque quandoquidem pietate excellis, tibi in manus trado. Hos pro humanitate tua complectere. Sic enim & tibi ipsi, & nobis hac tua fide immensum beneficium praestabis. *Hactenus Constantinus.*

At laus potissima Ecclesiae Persicae ex invidio animo, quo saevissimas tum quarto, tum quinto seculo, nimirum sub Sapore, Isdegerde, & Vaxarane Persiae Tyrannis, per tulit persecutiones, utique repetenda est. Porro Saporis II. Persarum e Saxonitis Regis Noni, cognomento Longaevi, prioris Persequutionis, cujus historiam prae manibus habemus, auctoris, ortum & inaugurationem ita exponit Agathias Scholaasticus, quem Graeci, Latini que sequioris aevi historici exscripsere: Post Hormisdatem, inquit lib. 4. de Imperio & rebus gestis Justiniani pag. 135.

Ἀλλὰ Σαβῶρ μετὰ τήντες ἐσὶ πλείστον ὅσον ἔμηνισον χρόνον ἀπέθανο τῆς Βασιλείας, τοσούτοις ἔτεσι κρατήσας, ὁπόσοις καὶ διεβίω. ἔτι γὰρ αὐτὸν κύβητος τῆς μητρὸς, ἢ μὲν τῷ Βασιλεὺς γένεσι Μεσοχὴ ἐκάλεσε πρὸς τὴν ἀρχὴν τὸν τεχνησομόμων, ἦν δὲ τὰ ἑβραϊστικῶν ἀμφίβολα ἐς ὁποίαν γονὴν ἀν' ἀποβαίει. Τοὶ γάρ τοι ἅπαντες οἱ ἐστέ τελεῖα ἀδελφὰ πρῶτιθισαι καὶ γέρα τοῖς Μάγοις ἐπὶ τῇ προαγορεύσει τῶν ἐσομῶν. καὶ τόνων ἦγον ἐς μέσον κύβησαν ἵππων, καὶ ὡς ἀπολαύματα προελθῆσαν τῷ τάκῃ, ἐπέλθοντε αὐτὸς ἐπ' αὐτῇ πρῶτῃ μαντεύσει, ἀπὲρ ὠόντο ξυμειψῆσαι. Οὕτω γὰρ ὀλίγαις ἕτερον ἡμέραις γνώσεσθε ἠγῆντο τὴν προρῆσιν ἐς ὅτι χορῆσαι. ταύτη τε εἰκάσει ἀπαραπλησίως ἐκβήσεσθε ἔ ὁπόσα σφίσι ἐπὶ τῇ ἀνθρώπων προαγορεύσει. ἀ μὲν οὖν αὐτοῖς ἐπὶ τῇ ἵππων μεμάνθηται, καὶ ἔχω σαφῶς ἀποφῆσεσθε. ἢ γὰρ μοι τὸ ἀκριβὲς τῆς γε πρὸς ἀπὴν λέγεται. πλὴν δὲ ἔγωγε ἕκαστα πρῶτον, ὅπως ἐκεῖνοις ἐτύχαιεν εἰρημῆα. γινώσκοντες δὲ ἐσθλῶς οἱ ἄλλοι, ὡς ἄγαν τοῖς Μάγοις διαβῶνται τὰ τῆς τέχνης, πρῶτον καὶ ἐπὶ τῷ ζωαίῳ ἅπαντα ἔσεσθε γνώσει διεξιέναι. τῶν δὲ φησάντων ἀρῆσει παῖδα τεχνησεσθε καὶ ἐτι ἐμέλησαν, ἀλλὰ τῇ

Saporis Regis orus, inauguratio & indoles.

γαστρὶ περιέχοντες τῆν κίδαριν, ἀνεῖπον βασιλεία τὸ ἔμβρυον. ὀνοματίτε
 ἀπέκριναν, τὸ ἄρτι ἐκτυπωθεὶς καὶ διοργανωθῆναι, ἐς ὅσον ὄμμα διέπειν
 ἔσθον ἡρέμα καὶ ὑποπαύλας. ἕτα δὲ τὸ ἀφανὲς τῆ φύσει καὶ ἀδηλον, ἐς τὸ βέ-
 βαιοτέτε καὶ ἀνωμολογημένοι τῆ δοκῆσει μεταλαβόντες, ὅμως ἔδημαρτον τῆς
 ἐλπίδος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἔτυχον τῷ σκοπῷ πολλὰ πλέον τῶν δοκηθεῖ-
 των. Τίκεται γὰρ ἕκ ἐς μακρὰν ὁ Σαβόρης σὺν τῇ Βασιλείᾳ, εἰσαίξει
 τε αὐτῇ ἔ ἐγλήρασκεῖ εἰς ἑβδομήκοντα αὐτῷ ἔτη Διουδιότος τῷ βίῳ.
 Sapor filius plurimo, longissimoque tempore Regno
 potitus est, quippe qui tot annis regnavit, quot &
 vixit. Matre enim adhuc ipsum utero gestante, Re-
 gii generis successio vocabat ad Regnum eum, quem
 ipsa esset paritura. Dubitabatur vero, masculum,
 an femellam partu esset editura. Primores igitur Re-
 gni praemia ac dona proposuerunt Magis, ut de fu-
 turis praedicerent. Equam itaque gravidam in me-
 dium adducunt jam partui proximam, jusserunt-
 que, ut Magi de hac prius ratiocinarentur quod fu-
 turum censebant. Ita enim paucis post diebus co-
 gnituros se credebant, quo illorum divinatio eva-
 deret, atque hinc collecturos similem eventum ha-
 bitura etiam quae de homine praedicerentur. Por-
 ro quid de equa divinarint, nihil liquido possim
 adfirmare; neque enim mihi certi quicquam ea de
 re est renunciatum. Ceterum alia ita singula eve-
 nerunt, ut illi praedixerant. Quum itaque etiam
 alii scirent, Magos vaticinandi artem optime cal-
 lere, provocarunt, rogaveruntque eos, ut etiam
 de muliere quae futura nossent, explicarent. Qui
 quum responderent, masculam prolem parituram,
 nihil ultra morati sunt, sed Cidari utero imposta,
 embryum Regem pronunciarunt, nomineque insi-
 gnierunt foetum recenter efformatum, atque ita
 animatum, arbitror, ut intus paullulum movere-
 tur, & subpalpitaret. Ita verum, quod natura ob-
 scurum incertumque erat, pro certo indubitatoque
 opinione, existimationeque adprehendentes, non
 frustrati sunt tamen sua spe; sed & amplius quam opi-
 nati

nati erant, sunt consequuti. Nascitur enim non multo post Sapor cum Regno, inque eo & adolescit, & senescit, perducta ad annos usque septuaginta vita. *Haec Agathias.*

Quam adroganti vero acerbaque fuerit indole Sapor, ex ungue agnosce leonem. Dei, hominumque contemtor sacerrimus ad Constantium Romanorum Imperatorem scribens, in haec, teste Ammiano Marcellino lib. 17. cap. 5. irridenda verius, quam referenda, erumpit verba: Rex Regum Sapor, particeps Siderum, frater Solis & Lunae . . . Quia veritatis oratio debet esse libera, & celsiores fortuna idem loqui decet, ac sentire, propositum in pauca conferam. Ad usque Macedonicos fines tenuisse Majores meos, antiquitates etiam vestrae testantur. Haec me convenit flagitare (ne sit adrogans quod adfirmo) splendore virtutum insignium vetustis Regibus antestantem . . . Contemne partem exiguam, semper luctificam & cruentam, ut cetera regas securius. Reputa medelarum quoque artifices urere nonnumquam & secare, ut reliquis uti liceat integris, &c. Vide heic Tyranni beneficentiam, qui dum plurima vi auferre vult, quae non auferat, se condonare gloriatur.

Ceterum ut ad rem tandem veniamus nostram, ter Sapor in Christianos, quamvis non pari semper immunitate, aut temporis diturnitate saevit. Et primo quidem anno aetatis simul ac regni sui 18. quo Martyres occubuere Jonas, Brichjesus, Zebinas, Lazarus, Maruthas, Narses, Elias, Mahares, Habibus, Sabas, & Scembaitas, quorum Acta ab Esaia Arzunita, Adabi filio, authore probatissimo, utpote earum, quas scripsit, rerum teste oculato, exarata, in Adpendice ad priorem hanc Partem ex Codice Nitriensi II. vulgabimus. Deinde vero anno regni sui 30. ut liquet ex Actis SS. Saporis, & Isaacii Episcoporum, necnon Mahanis, Abrahami, & Simeonis Martyrum, eo ipso anno intersectorum, quae ordini atque dispositioni a Calligrafo ejusdem Co-

Persecutiones ab eo excitate.

Quorum
postrema oc-
sionem imma-
nissimam.

dicis Nitriensis II. unde ea deprompsimus, servatae inbaerentes, laudato SS. Jonae, Bricjhjesu, & Sociorum Martyrio subjiciemus; ubi & fustus de utraque hac Persequutione edisseremus. Anno demum aetatis ac regni sui 31. Magorum potissimum, atque Judaeorum instigatione tam immanem adversus Ecclesiam Persequutionem concitavit, ut nulla fere umquam saevior fuerit, sive diuturnitatem temporis, quadraginta nempe annorum, quibus ea perstitit, spectes, sive tormentorum acerbicatem, quibus Fideles afficiebantur, sive denique eorum multitudinem, qui per eam occasionem Martyrium glorioso exitu consummarunt, quique ab Episcopo Adanensi apud Ruinartum ex Renaudotio, uti & ab Amro, ac Jesujabo apud Assemanum, centum nonaginta millia numerantur, a Sozomeno vero, qui Maruthae nostro succinit, innumeri quidem fuisse perhibentur. Ut summatim dicam cunctos ejus temporis Martyres, inquit lib. 2. cap. 15. tam Viros, quam Mulieres, quorum nomina recoluntur, fedecies mille numero fuisse perhibent: reliquae vero multitudinis ne numerum quidem iniri posse.

Ejus Epocham
statuitur.

De immanissimae autem hujus Persequutionis Epocham, a quonam scilicet vulgari Christi anno ejus exordium sit arcessendum, quove sub Romanorum Imperatore id contigerit, in varias hucusque abierunt sententias cum Latini, tum Graeci, Syriique ipsi Scriptores, quos videtis apud Bollandianos, Ruinartum, & Assemanum: quamquam in hoc, & recte quidem, una omnium vox est, S. Simeonem Bar-saboë Seleuciae & Ctesiphontis Episcopum, Martyrum ea occasione caesorum Antesignanum, una cum Sociis passum fuisse sub Sapore Rege, feria VI. hebdomadae Sanctae in Parasceve, excepto Gubsciatazade, seu Ustbazade ipsius Saporis Nutricio, qui pridie, hoc est, feria quinta in Coena Domini coronatus fuerat.

At jam ex genuina hujus Persequutionis historia, a S. Marutha conscripta, Latinam cujus versionem ad fidem vetustissimi aequae ac probatissimi Caldaici Codicis Nitriensis Vaticani I. exegimus, compertum est, ipsius Persequutionis

tionis initium anno Regni Saporis 31. Perfarum vero 117. contigisse. Sic enim legitur in proemio Actorum S. Simeonis, & Sociorum pag. 15.

בְּיָמֵינוּ הָיָה חֲסָדָא דְּפִרְמֵי קִרְבֵּי אֱלֹהִים
 אֲמִירָא דְּעִבְרָא וְתִלְפִי תְּלָבָא קִרְבֵּי אֲמִירָא
 קִרְבֵּי בְּבִתְּהִי . אֲמִירָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא
 קִרְבֵּי אֲמִירָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא .

Anno centesimo decimo septimo Regni Perfarum, qui fuit trigessimus primus Saporis Regis Regum, ea populum nostrum calamitas pervasit: quum hac ipsa tempestate Seleucia & Ctesiphontis Episcopatum gereret Simeon, cognomento Bar-saboë, &c. Et infra in epilogo Actorum S. Acepssimae & Sociorum pag. 201.

אֲמִירָא דְּעִבְרָא וְתִלְפִי תְּלָבָא קִרְבֵּי
 אֲמִירָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא .
 אֲמִירָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא .
 אֲמִירָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא .
 אֲמִירָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא וְכִנְיָא .

Isti vero postremi, *Acepssimas*, & *Socii*, acerbissimis cruciatibus divexati, invictam animi sui praestantiam comprobarunt in ea temporum acerbitate, quae per quadraginta annos efferbuit, quibus Tyranni gladius caedibus Christianorum & sanguine heluabatur, atque Electorum corporum strage sese oblectabat, & formosis artibus saginabatur... Anno autem trigesimo primo Sapor Persequutionem inchoavit, & septuagesimo ipse vivere desiit. *Praeterea annorum quadraginta, quibus haec Persequutio duravit, series, ducto ab anno Saporis 31. exordio, cum annis Regni ejusdem Saporis passim in Actis Martyrum, quae heic exhibentur, conjuncta occurrit: idque non al-*

phabe-

phabeticis literis, aut numeralibus notis, quibus facile mendum obrepere possit, sed verbis integris atque discretis. Ut tempus igitur praefiniatur, quo haec omnium saevissima Persequutio coepit; satis superque crit scire, ac statuere, cui potissimum anno Aerae Christianae Saporis annus 31. quo Persequutionem inchoatam fuisse scribit Maruthas, respondeat; Maruthae etenim hujusce historiae scriptoris & ingenuitate ac virtutibus circumspectis, & vetustate Codicis, qui eam continet, ponderata, si quis in dubium Epocham ab eo designatam ausit revocare, impudentissimae temeritatis notam minime effugiat necesse est.

Quot annos
Sapor regnavit & vixit.

Equidem Sapor II. cognomento Longaeus, hujus Persequutionis author, Magorum opera in sinu matris Rex agnitus, imo vero jam in utero matris quatuor circiter mensibus, anteaquam in lucem prodiret, corona ventri gravidae Reginae imposta, inauguratus, obiit A. C. 380. quum tot annos regnasset, quot vixerat, septuaginta nempe; ut ex Agathia Scholastico, quem supra laudavimus; aliisque rerum Persicarum Scriptoribus tradunt Sethus Calvisius in Chronico pag. 531. Petavius Ration. temp. Par. 3. ceterique Chronologi omnes, si Clarissimum Bibliothecae Orientalis Authorem excipias, qui tom. 1. & 3. par. 2. interitum Saporis, cui & ipse aetatis simul ac Imperii annos septuaginta tribuit, ante annos decem, hoc est A. C. 370. contigisse adfirmat, nulla alia, quam Antonii Pagii, ni fallor, auctoritate ductus, qui in Critica Baronii ad Annum C. 301. Misdatem, seu Hormisdatem, a Sapore filio exceptum esse, scribit. Verum, dixerim id bona scientissimi hominis venia, non advertit Clarissimus Author, Pagium in hoc vel sibi non constare, vel errorem suum postea deposuisse; quum ad A. 380. Saporem anno aetatis & regni 70. occubuisse diserte perhibeat, in haec verba: Sapores Persarum Rex, qui tot annis imperavit quot vixit, septuaginta nempe, hoc circiter anno (380.) mortuus est.

His

His extra omnem dubitationis aleam constitutis, sequitur, Persequutionis, de qua agimus, initium ad A. C. 340. revocari omnino debere. Nam si Sapor tot annos regnavit, quot vixit, septuaginta nempe, & nisi A. C. 380. mortem non appetiit, clarius hac luce patet, ipsius ortum A. C. 310. contigisse, Imperium vero anno praecedenti, hoc est 309. auspiciatum, quum scilicet aliquot mensibus anteaquam nasceretur, in matris utero Rex agnitus est, & coronatus; ut adfirmant Calvijus loc. cit. Herbelotius Bibl. Orient. pag. 764. aliique Chronologi, quos superius laudavimus. Si itaque ad annum Christi 309. quo Sapor Rex inauguratus est, annos adjicias ejusdem Regni 31. in hisce Actis expresse notatos, annum habebis Christi 340. ad quem proinde revocandum est hujus Persequutionis exordium. Neque est quod nobis ex Sozomeno dicas, Simeonem Bar-saboë una cum sociis interemptum fuisse initio Persequutionis, feria sexta Hebdomadae Majoris, quae eo anno incidit, juxta S. Marutham, in Lunam 14. Aprilis: qui Chronologici characteres, non nisi cum A. C. 341. componi possunt; quum, ut manifestum est ex tabulis Paschalibus apud Pagium, aliosque Chronologos, hoc eodem anno Luna XIV. Aprilis, & feria sexta Hebdomadae Majoris concurrerint in 17. ejusdem mensis diem, quo proinde S. Simeonis Sociorumque ejus Festum recolat Orientalis Ecclesia, si Coptitae, & Syri excipiantur, qui Lunares dies, quibus Maruthas mortem Sanctorum Martyrum, juxta Persarum suppuitandi rationem, passim consignat, cum Solaribus confundentes, ejusdem S. Simeonis memoriam ad Aprilis diem 14. revocarunt. Non enim inficior S. Simeonem una cum Sociis initio Persequutionis comprehensum fuisse, & ad Saporem deductum. At Martyrium non consummavit, nisi altero Persequutionis anno ineunte; ut in Certamine Plurimorum Martyrum, quod Actis, S. Simeonis ex Marutha adnectemus, manifestum est. Ibi namque Lunae 14. Aprilis, & feriae 6. in Parasceve, quibus Sanctissimus Simeon Bar-saboë caesus est, quibusque immane in

Cui Christinae aerae anno respondet annus Regni Persarum 117. Saporis vero 31.

S. Simeonis Bar-saboë Martyrii tempus.

Chri-

Christianos edictum promulgatum, praefigitur Saporis annus 32. cui idcirco respondere debet alter Persequutionis annus, quum, ut jam monuimus, annorum 40. quibus Persequutio perseveravit, series, ducto ab anno Saporis 31. exordio, cum annis Imperii ejusdem Saporis conjuncta passim in nostris Actis habeatur. Unde magis confirmatur sententia nostra: si etenim Simeon interfectus est feria sexta in Parasceve, Luna 14. Aprilis, anno Saporis 32. Persequutionis 2. in quem, ut diximus, competit A. C. 341. quo Pascha celebratum fuit Luna 16. Aprilis, quae eo anno in 19. Solarem ejusdem mensis diem competit, manifestissime sequitur, primum Persequutionis annum, quo videlicet immodicis vectigalibus Christiani pressi fuerunt, quoque Simeon a Magis apud Saporem adcusatus est, & inde comprehensus, non nisi in A. C. 340. cui & Saporis annum 31. respondere ostendimus, incidisse.

Epocha Dynastiae Saxanitarum.

Hinc plane eruitur Epochae Regni Persarum mediae aetatis, seu Quartae Dynastiae, quam Saxanitarum dicunt, initium, de quo mira est Graecorum, Latinorumque sequioris aevi Scriptorum dissensio. Nam si ab anno Christi 340. subtrahas annos Regni Persarum 117. quos cum praefato Saporis anno 31. Acta nostra componunt, habebis Annum Christi 223. quo quidem exeunte, Artaxerxes Persa Dynastiae Saxaniticae auctor, superatis Parthis Artabanum Regem interfecit, Persarumque Regno potitus est. Id autem adcidit, juxta Abulpharagium Hist. Dynast. Part. 7. tertio Imperii Alexandri Severi Mammiae filii anno; qui tamen perperam ab eodem Abulpharagio cum Graecorum anno 542. conjungitur: وفي السنة الثالثة من ملك هذا الكسندروس قيصر وهي سنة خمسمائة واثنين واربعين لاسكندر. ابتدأت مملكة الفرس الاخيرة ببيت ساسان. ودامت اربعماية وثمانى عشرة سنة. اعنى الى ظهور الاسلام وملكهم. Anno, inquit, hujus Alexandri Caesaris tertio: qui annus fuit Alexandri Graecorum 542. incoepit Dynastia Persarum ultima, quae Saxanitarum audit, dura-

duravitque quadringentos & octodecim annos, nimirum usque ad ortum & regnum Moslemanorum. *Alexander enim Severus Mammaeae filius, teste Pagio, non nisi intra A. C. 223. & 224. ac proinde circa annum Graecorum 534. non vero 542. qui respondet A. C. 231. tertium Imperii sui annum inivit.*

Sed longe pejus Abulpharagio fallitur Agathias Scholasticus, qui praeterquamquod hujus Dynastiae epocham protrahit ad annum Alexandri Macedonis 538. quem & perperam cum Alexandri Severi Mammaeae filii anno quarto componit, tres Imperii annos Saxanitis surripit; quum in eorundem Regum serie, quam lib. 4. cap. 11. edidit, ab Artaxerse ad annum Saporis Longaevi 31. nonnisi anni 114. incompleti colligantur. Contra vero S. Maruthas horum Aetorum Scriptor, omni quidem exceptione major, utpote seculo IV. clarus, rerumque Persicarum, nec non Linguarum Orientalium peritissimus, annos numerat 117. Quem etiam calculum in Chronologica eorundem Regum serie praefert pervetustus Codex ms. Arabicus Vaticanus IV. apud Asem. tom. 1. Bibl. Orient. pag. 8. Nec mirum sane, Agathiam, duobus ferme seculis Marutha posteriorem, hac in re turpiter adeo claudicasse; quum enim Persicarum rerum aequae ac Linguarum Orientalium, quibus, eodem teste, exarata erant Persarum Regum monumenta, ignarus omnino esset, Sergium quemdam in describenda eorum serie interpretem adhibuit, qui Agathiae quam leve quidem commodum praestiterit, planissime dignoscitur ex insigni commento, quod eidem dictavit circa Artaxersem Saporis Longaevi successorem, quem scilicet ipsius Saporis germanum fratrem fuisse scribit. Post Saporem, inquit, Artaxerrus germanus frater quatuor annis regnavit: quod & alibi passim inculcat. At quis hinc, ut Schichardi verbis utar, qui primus censoria virgula hunc Agathiac locum notavit, cum Agathia divortium non sanxerit? Enimvero non attendo, quam rarum sit, ut septuaginta major Regno aptum superstitem relinquat fratrem; sed hoc ur-

Agathias Scholasticus de ea lapsus.

geo, naturae viribus non esse concessum, ut ille, qui simul & primogenitus, & posthumus fuit, ul- lum habeat fratrem germanum, nisi mater fortasse uno partu geminos enixa esse probetur: quod hîc nemo tradidit. Nam si fratrem habuit Sapor, natu se majorem, cur, vacante Regno, coronam imposue- runt huic embryoni? Non minus incertae nativita- tis, quam expectationis tardae successor erat. Sin habuit natu minorem, quomodo eum pater post fa- ta demum genuit? *Quidquod in ipso etiam Sapore ex Sergii interpretis oscitantia peccavit Agathias, quum dice- ret pag. 135. Nisibim Urbem, vigesimo quarto ejusdem Saporis anno a Joviniano Imperatore Persis fuisse tradi- tam. Atqui Jovinianus post Juliani Apostatae interitum imperare coepit v. Kal. Julias A. C. 363. quo anno Ni- sibim, & maximam Mesopotamiae partem Saponi cessit; ut tradit Idatius, & fatentur omnes. Sapor igitur, qui, juxta Agathiam, in ipso matris utero regnare coepit, in regno natus est, inque eo adolevit, & senuit, annum etiam tunc aetatis ageret necesse est vigesimum quartum: atque adeo sequitur, ipsum in lucem prodiisse A. C. 339. Nam si ab anno 363. subtrahantur anni 24. erit omni- no reliquus annus Christi 339. Sed Persequutio in Chri- stianos ab eodem Sapore mota est, teste Marutha, A. C. 340. vel ad summum, juxta Hieronymum, Cedrenum, Baronium, Pagium, aliosque, anno 343. Eam itaque excitatam fuisse oportet, anno aetatis Saporis primo, vel quarto: quod quis sanae mentis dixerit? Praesertim quum tot interrogationes, & responsiones, quas Saporem habuif- se ad Simeonem, sociosque, in eorum Actis legitur, ad puerum unius, quatuorve annorum referri penitus neque- ant. His adcedit, quod bellum a Sapore adversus Roma- nos indictum, & Nisibis prima obsidio adcidit, ex om- nium sententia, statim post Constantini M. obitum, hoc est, Anno Christi 338. incunte. Si igitur Sapor, juxta Agathiam, natus est Anno C. 339. eum decertasse contra Romanos uno anno, anteaquam nasceretur, liquido con- sequi-*

sequitur . Demum Agathiam annum Alexandri Macedo- nis 538. cum Alexandri Mammeae filii 4. ad Saxonita- rum epocham de suo adjecisse , vel ex eo perspicuum est , quod Persae in suis fastis nunquam Graecorum , aut Ro- manorum , sed Dynastiarum dumtaxat , & Regum sibi imperantium annos numerare consueverunt .

Emendantur
Codices Ni-
triensis II. &
Amidenfis I.

Ex haecenus dictis, quae & in Admonitionibus no- stris, quas singulis SS. Martyrum Actis praefigimus, luculentius confirmabimus, primo quidem corrigendi sunt Codices Vaticani, Nitriensis II. & Amidenfis I. in quo- rum priori, quem ab amanuensi compluribus Adnotationi- bus recens adauctum fuisse, jam praemonuimus, prae- ter annos Regni Persarum 117. & Saporis 31. quibus Persequutionis, de qua agimus, initium consignat Ma- ruthas, notatur quoque tempus Imperatoris Romanorum, necnon ejusdem Pesequutionis occasio, & ipsa Regni Per- sarum Epocha exponitur, in haec verba: ❧

❧ **ⲅⲟⲩ** ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ
ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ ⲛⲉⲓⲧⲟⲩ

Hoc est: Anno Regni Alexandri 655. qui est a Pas- sione k 2

sione Domini nostri 297. Regni vero Perfarum 117, Saporis autem Regis Hormisdæ filii 31. posteaquam Beatus Constantinus Romanorum Imperator decessit, quaerens Sapor occasionem belli adversus eisdem filios, qui adolescentiam nondum exceperant, adfiduas incursiones in ditionem Romanorum faciebat. Quamobrem in Dei famulos, qui subditas sibi terras incolebant, graviori in dies odio ferebatur &c. Eadem quoad annum Graecorum 655. leguntur in altero Codice Amidensi fol. 437. ubi redditur causa, cur S. Simeonis Bar-saboë commemorationem a feria VI. Passionis Domini in sextam feriam Hebdomadæ sextae aetatis Nestoriani transtulerint, & annus obitus ejusdem Sanctissimi Martyris adsignatur, verbis istis : קַוְּ
כַּנְדַּחְכַּח אֶל הַיָּמִים הַבְּרִיחִים הַנְּחַלְּמִים
לְחַזְקַת עִבְדָּא קַדְשִׁי כִּי־נִכְנֵס אֶל סַלְמֻדְמִס
אֶל הָאֲרָצִים הַחֻדְדָּיִתִּים וְהַנְּחַלְּמִים הַבְּרִיחִים
וְהַנְּחַלְּמִים אֶת־אֲרָצֵיהֶם וְהַנְּחַלְּמִים הַבְּרִיחִים
וְהַנְּחַלְּמִים אֶת־אֲרָצֵיהֶם וְהַנְּחַלְּמִים הַבְּרִיחִים
וְהַנְּחַלְּמִים אֶת־אֲרָצֵיהֶם וְהַנְּחַלְּמִים הַבְּרִיחִים
וְהַנְּחַלְּמִים אֶת־אֲרָצֵיהֶם וְהַנְּחַלְּמִים הַבְּרִיחִים
וְהַנְּחַלְּמִים אֶת־אֲרָצֵיהֶם וְהַנְּחַלְּמִים הַבְּרִיחִים
וְהַנְּחַלְּמִים אֶת־אֲרָצֵיהֶם וְהַנְּחַלְּמִים הַבְּרִיחִים
וְהַנְּחַלְּמִים אֶת־אֲרָצֵיהֶם וְהַנְּחַלְּמִים הַבְּרִיחִים
וְהַנְּחַלְּמִים אֶת־אֲרָצֵיהֶם וְהַנְּחַלְּמִים הַבְּרִיחִים

Id est: Eadem feria VI. Hebdomadæ sextae aetatis (hoc est, tertiæ decimæ post Pentecosten) fit commemoratio S. Simeonis Bar-saboë Catholici Patriarchæ, discipuli Mar Papæ Catholici, & Patrum,
 qui

qui una cum ipso coronati sunt. Hi quidem lauream adepti fuere feria vi. Passionis, anno Graecorum 655. in urbe Ledan regionis Huzitarum, sub Sapore. At commemoratio eorundem ad sextam Feriam Confessorum, quae Martyrum omnium communis est, translata fuit. Porro haec Feria vi. ideo nomini eorum nuncupatur, quia in ea Altare S. Simeonis in Urbe Ledan consecratum est. Sepultus autem fuit S. Simeon Susan Ilamitarum in civitate, quam Arabes Sus adpellant. *Qui etenim ad epocham Regni Persarum & Saporis adjecti ab Anonimis horum duorum Codicum Scriptoribus anni, Graecorum nempe 655. quem Orientales nonnisi pro eo, quem Seleucidarum vocant, usurpare consueverunt, quique juxta exactiorem Syrorum supputationem, vulgarem Christi aeram annis trecentis & undecim praecedat, conciliari possit cum anno a Passione Domini 296. quem Nativitate ejusdem quatuor & triginta annis posteriorem esse, fatentur omnes: & qui hic annus a Passione Domini 296. cum filiorum Constantini M. anno a Partu Virginis 337. defuncti, Constantis nempe, & Constantii Imperio; quove demum patto uterque annus, Graecorum videlicet 655. & Passionis 296. componi queant cum praefatis annis Regni Persarum 117. & Saporis 31. nec Clarissimo Orientalis Bibliothecae Authori, qui Persecutionis hujus initium ab anno Christi 330. arcessit, nec mihi, ab eo tamen dissentienti, liquet; quum apertissimum heic contra rationem temporum errorem, & Epocharum inter se pugnantiam nemo non videat. Castigandus itaque est uterque Codex, utque laudatae Persarum, & Saporis regni Epochae; in sinceris Actis a Marutha expressae, recte & adamussim respondeant, annus quidem Alexandri 655. ad 651. annus vero a Passione Domini 296. ad 306. sive ad annum ab ejusdem Nativitate 340. revocari debent.*

Deinde rejicienda est Cl. Orientalis Bibliothecae Authoris nova opinatio, qui Sozomeni ac Theodoreti, Epistolam Constantini M. ad Saporem Persarum Regem, quam

Refellitur opinio Cl. Orientalis Bibliothecae Authoris, uti & Sozomeni, ac Theodoreti.

quam supra ex Eusebio laudavimus, hac perperam de causa proferentium, autoritate fultus, Persequutionis hujus initium, uti & S. Simeonis Bar-saboe, ac Sociorum mortem nedum cum Petavio, aliisque, quos tom. 1. pag. 4. citat, ad Constantini M. tempora revocat, sed & annum Christi, quo id contigerit, nullum alium designari commode posse adfirmat, quam trecentefimum trigefimum: quia nimirum, inquit, eo anno Feria VI. Passionis, qua Simeon Martyrio adfectus est, incidit in Lunam XIV. Aprilis, quae idcirco in Chaldaicis ejus Actis cum eadem Feria VI. a S. Marutha conjungitur. Verum praeterquam quod praesignatus Christi Annus 330. nullo prorsus pacto congruere potest cum anno Saporis 31. quo ejusdem Persequutionis Epocham consignat Maruthas, cujus autoritatem ac fidem jure meritoque prae ceteris laudat Assemanus, nego, & quidem firmiter, Lunam XIV. Aprilis A. C. 330. in Feriam VI. Hebdomadae Majoris concurrisse; nam, ut liquet ex tabulis Paschalibus apud omnes Chronologos, annus ille Cyclum Solis 3. Lunae 8. Literam vero Dominicalem D. exhibet, ac propterea Luna XIV. non in Feriam VI. Passionis, ut contendit eruditissimus Author, sed pridie, hoc est, in Feriam V. in Coena Domini 16. Aprilis incidit necesse est. Nec nobis quidquam negotii facessit Sozomeni, aliorumve, Persequutionem hanc sub Constantino M. inchoatam opinantium, autoritas. Etsi enim quae ad ipsam Persequutionem adtinent, adcuratius, quam Graecorum, Latinorumque Scriptores reliqui, prosequutus fuisse videatur Sozomenus; falsus est tamen in multis; ut plane intelliget quisquis ejus de hac ipsa Persequutione narrationem cum autographis hisce, & genuinis Martyrum Actis contulerit: praecipue vero, uti & Ruinartus, ac Bollandiani advertunt, in adsignando tempore, quo eadem Persequutio in Perside saevit, quam scilicet ad Constantini M. tempora incaute revocavit, subjungendo ipsius Constantini Epistolam jam laudatam, quasi vero eam Imperator ad Saporem conscripisset, ejus efferati in Christia-

nos animi mitigandi causa. Verum tunc temporis Saporem nondum in Christianos saevisse, vel generali saltem edito eos proscripsisse, ex ipsamet Constantini Epistola patet, qui Regis hujus pietatem & humanitatem plenissime laudat, bis verbis: Hos itaque, scilicet Christianos, quandoquidem talis tantusque es, tibi commendo. Hos quandoquidem pietate excellis, tibi in manus trado. Hos pro tua humanitate completere. Pacem etiam inter utrumque Imperium tunc viguisse, ipso Eusebio teste, certum est ex cap. 8. ubi Sapor Constantini notitiam ambiens, dona ad eum pacis & amicitiae signa transmisisse dicitur. At Simeon Barsabœ sub ipsum Persecutionis initium, a Magis atque Judaeis apud Saporem adcusatur, eodem Sozomeno teste lib. 2. cap. 8. ut qui amicus esset Imperatori Romanorum, eique res Persarum indicaret.

Sed etiam si laudato Orientalis Bibliothecae Authori clarissimo conniveamus, in eaque sententia sumus: Constantinum nempe ad Saporem dedisse epistolam ea dumtaxat de causa, ut mitiorem humanioremque erga Christianos ille se gereret, & a tanta sanguinis effusione, quantam scribentes referunt, abstineret, quid dein? Nunquam sane Author egregius Saporicam 40. annorum persecutionem, de qua differitur, ad Constantini M. aevum poterat revocare, ejusque epocham ab anno Christi 330. consequenter repetere. Ex ipsius enim alibi adsertis, non semel ante hanc novissimam, immanissimamque persecutionem Sapor, etsi lenius & brevius, in Christianos saevierat, anno praecipue regni & aetatis suae 18. cui Christi annus 327. competit: quo quidem tempore Constantinus imperabat, poteratque ad Saporem eam Epistolam dedisse; modo haec interpretationem admitteret, quae eidem Authori clarissimo adridet, Tillemontio praesertim adfirmante, eandem Epistolam ad Saporem datam A. C. 333. idest, quinque annis post excitatam eam persecutionem a Sapore anno sui regni 18. de qua re fusius in Admonitione nostra ad Acta Sanctorum Jonae, Bricchjesu, & So-

Sociorum, qui in eadem passi, Martyrii lauream obtinuerunt.

Item D. Hieronymus, Baronii, aliorumque recentiorum.

Tertio demum refellendi sunt D. Hieronymus, Baronius, Bollandus, Godefridus Harmantus, Antonius Pagius, Henricus Valestus, aliique Viri cetera doctissimi, qui licet persecutionis hujus initium post Constantini M. obitum recte constituent; adlucinantur tamen in eo ad sextum, vel septimum Constantii Imperatoris annum, hoc est, C. 343. differendo, tum quia annus ille nec cum anno Saporis 31. quo inchoatam fuisse persecutionem ex Marutha ostendimus, concordat; tum quia nec Feria VI. Hebdomadae Majoris, qua coronatus est Simeon, eo, aut sequenti anno cum Luna XIV. Aprilis, a laudato Marutha in ejus Actis expresse notata, componitur; ut ex tabulis Paschalibus constat. Neque heic audiendus est Pagius, qui in Critica Baronii ad annum 343. ex Henschenio in Vita Sanctorum die 21. Apr. opinatur: Anno quidem Christi 343. Persecutionem in Perside adversus Christianos a Sapore Persarum Rege excitari coeptam, sed Martyrium Simeonis, & Sociorum nisi Anno Christi 349. non contigisse. Nam & Maruthas in nostris antiquissimis Codicibus, & plerique omnes Scriptores testantur, eodem, quo Persecutio moveri coepit, anno S. Simeonem cum Sociis comprehensum fuisse, paucis vero post mensibus, incunte scilicet 32. Saporis anno, Feria sexta in Parasceve gladio percussum. Tota autem Henschenii, & Pagii conjectura ex Sozomeno, & Martyrologio Romano petitur. In Martyrologio, inquit, S. Simeonis & Sociorum Martyrium die 21. Aprilis laudatur; Sozomenus vero eorum mortem ad Feriam sextam Hebdomadae in Parasceve refert. Atqui, subjungunt, Feria sexta Hebdomadae Majoris non nisi anno Christi 349. in diem 21. Aprilis competit. Nam eo anno Pascha celebratum est die 23. Aprilis. Passus est igitur Simeon cum Sociis anno 349. die 21. Aprilis, Feria VI. Hebdomadae Sanctae. Sed a Clarissimis Viris edoceri vellem, unde habeant Feriam VI. qua Simeon

Mar-

Henschenii & Pagii sublesta conjecturae.

Martyrium consummavit, in 21. Aprilis diem incidisse. An quia in Martyrologio Romano S. Simeonis memoria eo die colitur? At ex die cultus Sanctorum (ut ipseus Pagii verbis utar, ad annum 525. num. 11.) annus eorum emortalis deduci non potest, nisi ille aliunde constet. Quod & alibi idem Pagius inculcat, & BENEDICTUS XIV. Pont. Max. qui ut omnium maxima & Caelo proxima dignitate, ita sapientia & scientia rerum summa supra ceteros eminet, in Dissertatione de Sanctorum Festis per annum imminuendis, auro contra aestimanda, luculentissime adstruit. Debuissent Henschelius, & Pagius ex Sozomeno, aliisque authoribus ostendere, Simeonem, sociosque die 21. Aprilis interemptos fuisse: inde enim haud perperam collegissent, eorum mortem in annum Christi 349. incidisse. Verum non modo apud probatos Scriptores nullum de die 21. Aprilis verbum occurrit; imo vero alios dies notatos legimus, & apud Syros quidem, & Coptitas diem 14. Aprilis, apud Armenos 12. in Menologio vero Graecorum diem 17. ejusdem mensis; ut ex Admonitione nostra, quam mox Actis S. Simeonis praefigemus, luce clarius exstabit.

Sed de his haecenus. Satis enim superque ad rem hujus Operis universam enucleandam, explicandamque fecisse nos, arbitramur, multis, iisque implicatissimis, sed opportunis ad rem quaestionibus discussis, germanitatem Codicum, e quibus haec Acta eruimus, demonstrando, non levibus, vel ex trivio emendicatis conjecturis, sed invictissimis, & ad Criticae leges exactis rationum momentis, quorum pondus Eruditorum judicio aestimandum, aequo animo lubenterque relinquimus. Scimus enim non deesse homines emunctae naris, ut videri volunt, quorum ea est praepudicata rerum opinio, ut quidquid Veterum monumentorum ex longinquis, maxime vero transmarinis Asiae regionibus in Europam advehitur, doli mali fraudisque suspicione non careat. Quasi vero Ecclesiasticae eruditionis thesaurus totus quotusque est, quo tot Scriptorum volumina locupletantur, non inde potissi-

Authoris in
rerum Orientalium
Aristarchos animad-
verbo.

mum adlatus ad nostras manus pervenerit, unde haec eadem Aëtorum Collectio depromta in lucem hodie, Deo in primis bonorum omnium largitore, & JOHANNE V. Lusitanorum Rege Magno auspicante, proponitur. Sed haec minimi facimus. Ad doctos vereque sapientes homines provocamus, quibus ut bene sit, & incolumes diu & feliciter bono studiorum publico vivant, in nostris erit votis perennibus praecipue maximum.



I N D E X

S I V E

C O N S P E C T U S

R E R U M O M N I U M

Quae in I. & II. Parte exhibentur.



- I. **D**edicatio Operis. pag. III.
- II. Censorum Judicia, & Praesidium Adprobationes. xxviii.
- III. Praefatio. xxix.
- IV. ACTA MARTYURM ORIENTALIUM, qui in Perside passi sunt, PARS I. Videlicet;

I.

Admonitio in Martyrium SS. Simeonis Bar-saboë Episcopi, & Sociorum. I.

Martyrium SS. Simiconis Bar-saboë Episcopi Seleuciaë & Ctesiphontis, Sotorumque ejus Abdhaiclae, & Hananiae Presbyterorum, aliorumque Centum diversi Ordinis Virorum: necnon Gubsciat azadis Eunuchi, Regis Nutricij, Phusikii Karugabari, ejusque filiae Virginis Deo sacrae. 10.

Anno Christi
340. sub Sapo-
re II. Regis
Persarum.

Ad Martyrium SS. Simeonis Bar-saboë, & Sociorum Adnotationes. 36.

I I.

Admonitio in Certamen Plurimorum Martyrum, & Azadis Eunuchi. 42.

Certamen Plurimorum Martyrum, & Azadis Regis Eunuchi. 45.

A. C. 341.

Ad Certamen Plurimorum Martyrum , & Azadis Eunuchi
Adnotationes. 50.

I I I.

Admonitio in Martyrium Sanctarum Tharbae Virginis , &
Sociarum. 51.

A. C. 341.

*Martyrium Sanctarum Tharbae Virginis , ejusque Sororis
Deo sacrae , & Ancillae item Virginis.* 54.

Ad Martyrium Sanctarum Tharbae Virginis , & Sociarum
Adnotationes. 59.

I V.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Milis Episcopi , &
Sociorum. 60.

A. C. 341.

*Martyrium SS. Milis Episcopi Susae , Abrosimi Praesby-
teri , & Sinae Diaconi.* 66.

Ad Martyrium SS. Milis , & Sociorum Adnotationes. 80.

V.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Sciahduftis Episcopi,
& Sociorum. 83.

A. C. 341.

*Martyrium SS. Sciahduftis Episcopi Seleucia & Ctesiphon-
tis , & CXXV III. Sociorum.* 88.

Ad Martyrium Sanctorum Sciahduftis , & Sociorum Ad-
notationes. 91.

V I.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Barfabiae Coenobiar-
chae , & Sociorum. 92.

A. C. 341.

*Martyrium SS. Barfabiae Coenobiarchae , & Decem ejus So-
ciorum ; necnon cujusdam Magi.* 93.

Ad Martyrium Sanctorum Barfabiae Coenobiarchae , & So-
ciorum Adnotationes. 95.

VII.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Narsetis Episcopi, & Sociorum. 96.

Martyrium SS. Narsetis Episcopi, & Josephi ejusdem Discipuli, ex urbe Scytharcadate Provinciae Beth-Garmeeae; necnon aliorum XX. Martyrum. 97. A. C. 343.

Ad Martyrium Sanctorum Narsetis Episcopi, & Sociorum Adnotationes. 101.

VIII.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Danielis, & Vardae Virginis. 103.

Martyrium SS. Danielis Presbyteri, & Vardae Virginis Deo sacrae. 103. A. C. 344.

Ad Martyrium SS. Danielis, & Vardae Adnotationes. 104.

IX.

Admonitio in Acta Sanctorum CXX. Martyrum. 104.

Acta SS. CXX. Martyrum; inter quos novem Virgines Deo sacrae: reliqui Sacerdotes, Diaconi, & diversorum Ordinum Clerici. 105. A. C. 344.

Ad Acta Sanctorum CXX. Martyrum Adnotationes. 109.

X.

Admonitio in Martyrium SS. Barbasemini Episcopi, & Sociorum. 110.

Martyrium SS. Barbasemini Episcopi Seleuciaae & Ctesiphontis, & XVI. Sociorum. 111. A. C. 345.

Ad Martyrium SS. Barbasemini Episcopi, & Sociorum Adnotationes. 117.

XI.

Admonitio in Passionem Martyrum, qui varijs in locis interfecti sunt. 117.

A. C. 346.

Passio SS. Martyrum, qui varijs in locis a Praefectis interemti sunt, praeter eos, qui in Regis foro occubuere. 118.

XII.

Admonitio in Martyrium Sanctorum Jacobi Presbyteri, & Mariae Virginis. 121.

A. C. 346.

Martyrium SS. Jacobi Presbyteri, & Mariae ejusdem sororis, sacrae Deo Virginis. 122.

Ad Martyrium SS. Jacobi, & Mariae Adnotationes. 122.

XIII.

Admonitio in Martyrium SS. Theclae, & Sociarum Virg. 123

A. C. 346.

Martyrium SS. Theclae, Mariae, Marthae, Mariae, & Amiae Virginum Deo sacrarum. 123.

XIV.

jus . dicens : Quid tibi videtur , Simon ? Reges terrae a quibus accipiunt tributum , vel censum ? a filiis suis , an ab alienis ? Est ille dixit : ab alienis . Dixit illi Iesus : Ergo liberi sunt filii . Hilarius , inquam , Can. 17. Numquid ambiguum est , filios Regum tributis obnoxios non esse , & quibus Regni veritas est , liberos esse a servitute ? Expressivissime quiddam est in tota Simeonis oratione ? D. Hieronymus in eadem verba Matth. cap. 17. Dominus noster & secundum matrem , & secundum spiritum , filius Regis erat , vel ex David Stipe generatus , vel Omnipotentis Verbum Patris . Ergo tributa , quasi Regum filius , non debebat , sed , qui humilitatem carnis assumpservat , debuit adimplere omnem iustitiam . Nosque infelices , qui Christi censetur nomine , & nihil dignum tanta facinus maiestate : ille pro nobis & Crucem sustinuit , & tributa reddidit : Nos pro illius honore tributa non reddimus , & quasi filii Regis , a vestigialibus immunes sumus . Sanctus autem Simeon eo non prorupit , ut a vestigialibus immunes omnino Christianos dixerit , verum a nimis , & intolerandis . D. Augustinus laudatum textum explanans , quæst. 75. ex Nov. Testam. Quia , inquit , inimicus Diabolus semper in infirmitas erat , occasiorem querens , si posset inclinare Salvatorem , Exactorum didrachmae animos occupavit , ut ejus facerens volantes , ut accedentes ad Petrum , qui primus inter Apostolos erat , solvi debere ab eorum Magistro dicentes didrachmam , qui ab his oneribus liberi erant . Porro si Apostoli ab oneribus quibuscumque liberi ; quidni S. Simeon & se , & suos ab illidem , & quidem intolerandis , liberos conclamasset ? Illi Romanis , haud secus ac hi Saporitributa pendere tenebantur . Verum ne heic tractationem insitiamus , os Tillemontio occultatur ex alia D. Augustini expositione , l. i. q. Ev. q. 70. Quod dixit S. Doctor , ergo liberi sunt filii , in omni regno intelligendum est , liberos esse regni filios , id est , non esse vestigiales . Multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno terræ filii regni illius , sub quo sunt omnia . Ergo a vestigialibus liberi sunt , & multo magis , quam Regum filii , ii ipsi , qui filii sunt regni illius , sub quo sunt omnia . At hi non alii , quam Christiani dicendi sunt . Divinare profecto nequeo , quid ad haec hicere ausurus esset Tillemontius . Prae ii quippe infima sunt , quae regerit S. Simeon . Nae tamen Apostolum legerant DD. Hilarius , Hieronymus , & Augustinus . Sarta igitur , tectaque praedicanda S. Simeonis doctrina , quam scriptis suis signavit Doctorum utique Choriphaei , & quam etiamnum clarissimi Auctores et suggesto faciunt . Absit tamen , ut litem discordantes nuperimos inter Scriptores Catholicos dirimamus . Quo enim Tillemontii retundatur aculeata reprehensio , id unum nobis summum est , Sanctum , scilicet , Simeonem in eadem fuisse mente , qua reliqui Ecclesiae Antifites . Cui abunde factum satis .

(10) Designari heic videntur calamitates , in Judaeos altero & vigesimo post S. Simeonis Martyrium anno Divinitus immisissae ; quum , scilicet , illi anno a Partu Virginis trecentesimo sexagesimo tertio , Juliani Apostatae sausu ,

Hierosolymitani Templi instaurationem adgressi , noctu vehementi terrae motu exorto , igneque Caelitus delapso , eorum plurimi partim illico interierunt , partim fermanies , manibus , curibufque mutilatis , reperti sunt . Vide Socrat. Hist. Eccles. lib. 3. cap. 20. & Sozomen. lib. 5. cap. 22.

(11) Regio Huzitarum , quos Arabes هوزاران *Huzarum* , Graeci , Latinique *Oxios* , & *Oxios* , seu *Oxiamos* adpellant , Susanae ad Orientem jungitur , & circa Oxium fluvium potissimum extenditur . Ea Procopio *Paxians* , Metaphrasti *Beibus* , Graecis vero Latinique passim *Oxia* , & *Oxiamus* dicitur . Vide Jacob. Goll. & Asem. Bibl. Orient. tom. 3. Part. 2.

(12) Hunc Sozomenus , & Baronius *Abdchalaam* , & *Abdchalam* vocant ; Synaxarium autem Syrorum , & Menaea Graecorum , ut & Galesinius *Abdellam* , *Abdallam* , & *Abdelam* . Sed corrupte apud omnes ; Chaldaicum etenim id nomen est , ex duabus vocibus compositum ; nempe *حده* *Abd* , & *ܘܢܘܢ* *Haicla* , quarum altera *Serum* , altera *Templum* significat . Atque adeo si *Abdhaiclam* e Chaldaico Graecum facere velis , recte *Abdhaiclam* dixeris .

(13) *Honaniam* , alterum Sancti Simeonis socium , Epiphanius Scholasticus *Antio* adpellat , Aliacii vero *Antio* ; sed ob Chaldaicæ , seu Syriacæ linguae incertitiam , id nomen utrobique depravatam .

(14) Intellige *Susan* , vel , ut Arabes pronunciant , *سوس* *Sus* , ad *Bulaeum* fluvium , de qua infra in Actis Sancti Milis . Hanc vero fuisse B. Simeonis patriam , tradunt ex pervertutissis Episcoporum Seleuciensium monumentis Mares , Salomonis filius , Amrus , & Gregorius *Abulpharagius* in Chronologica eorumdem Episcoporum Serie , quam semel atque iterum in epitomen redactam exhibet *Affemanus* Bibl. Orient. tom. 2. pag. 387. & tom. 3. part. 1. pag. 611. Ea quoque in urbe Sancti Simeonis Corpus tumulo conditum fuisse , legitur in Officio Chaldaeorum ad *Feriam* sextam hebdomadae tertiadedecimæ post Pentecosten , his verbis

ܘܢܘܢ ܘܢܘܢ ܘܢܘܢ ܘܢܘܢ ܘܢܘܢ ܘܢܘܢ

Et sepultus est Sanctus Simeon Susan Hlamitarum , quam Arabes Sus adpellant . Haestenus Officium Chaldaeorum .

(15) *Lodan* : urbs *Huzitarum* , seu *Oxiamorum* , de quibus supra , olim Episcopalis sub Metropolitâ *Elamitarum* , quos Graeci , Latinique *Elymaeos* nuncupant . Paulus ejus urbis Antifites inter praecipuos Nestorianae haereticis propagatores recensetur a Simeone , *Betharameni* Episcopo , in Epistola de *Barfama Nisibeno* , deque Nestorianorum haereticis , Cod. Syriac. Vatic. XI. Eandem Ecclesiam cum *Sufana* olim fuisse conjunctam , testatur *Elias Nestorianus* , *Damasci* Archiepiscopus , in *Namocanone* Arabico , Codice Arabico Vaticano XXXVII. Ibi etiam Martyrium passi sunt Sancti *Barbafemianus* , & *Abdas* Episcopi , quorum Acta infra dabimus .

(16) *Mogi* ; nomen Chaldaicum a verbo ܡܘܓܝܢ *Mogi* , quod meditari , ac in rerum cognitionem occu-

occupari significat, deductum. Olim Sacerdotes, & Philosophi Perfarum, quibus & Sacra, & publica res curae, magno apud omnes in pretio. Horum ortum, incrementa, & officium nemo melius Ammiano Marcellino exposuit; quem proinde consule lib. 23. ut & D. Hieronymum lib. 11. adversus Iovinianum; Agathiam Scholasticum lib. 1. & Abrahamum Ecchellensem Maronitam in Notis ad Catalogum Ebediesu, Sobensis Metropolitae, Romae anno 1633. typis Sac. Congregationis de Propaganda Fide vulgatum. Porro Magorum auctoritas, atque superstitio, cui omnes fere Persae fuerunt olim addicti, aliquot post Mahometis Pseudoprophetae interitum annis, magna quidem ex parte evanuit. Nam quum Mahometanis ex Alcorani praecepto sectas, quae Dei Optimi Maximi unitatem non profitentur, tolerari vetitum sit, simulacra Perficarum rerum potiti fuerunt, toti ad Magorum pernecium incubere. Abdalla, Chalipharum Abbasidarum secundus, in eorum Principes sedecim animadvertisse, & Magiam publico edicto proscripsisse, legitur apud Theophrastum ad annum Christi 759. Quin & Motatedum, proximum post Abdallam Moslemanorum Imperatorem, cui Christiani prae ceteris cari fuerunt, Magos non esse rebus publicis praeficiendos, edixisse, eorumque sectam, in praecipuis Persiae urbibus jamdiu grassantem, penitus extirpari curavisse, tradit Amrus, Matthaei filius, apud Aftemanum Bibl. Orient. tom. 3. part. 1. pag. 216. Adversus pestem hanc hominum teterrimam, quorum non pauci in Montibus Birtthae, & circa urbem Jaldum ad Darum fluvium in Carmania supersunt, scripsere ex Chaldaeis, & Syris praecipui, Theodorus, Mopuestiae in Cilicia Episcopus. Josue Styliotes Edessenus, seculo Christi quinto clarus, qui in Libro de Bello Persico sub Cavade Rege, & Anastasio Imperatore, Cod. Syriac. Vatic. XIII. eisdem Magis, praeter Astrologiam Judicariam, cui potissimum addicti erant, hunc tribuit errorem, quod, scilicet promiscuum feminarum usum docuerint. Johannes Betbrabanensis, Narsetus Leprosi Discipulus, quem una cum Abrahamo auctore Commentarii in vetus Testamentum, & Libri de Causa Sessionum, quae apud Chaldaeos Psalterio interponuntur, sub Justino Romanorum Imperatore, & Chosroë Perfarum Rege, Edessena in Schola clariuisse, testatur Amrus in vita Iosephi, Nestorianorum Patriarchae, Cod. Arabic. Vatic. XLI. *Mares Persia*, Hardaceiri Episcopus, sub Concilio Ephesino I. clarus, cujus quidem scripta adversus Magos summopere celebrat Ebediesus, Sobensis Metropolitae loc. cit. *Achumedes*, Syrorum Orientalium, imperante Chosroë Anuscirvano Perfarum Rege, Episcopus a Jacobo Baradaeo, seu Zenalo, Monothelitarum choriphaeo, consecratus, qui, teste Barabraeo, Chronic. Syriac. ad annum Graecorum 870. & 886. cum Magis quoque Tagriti disputavit, eorumque plurimos ad Christianam Fidem convertit. *Barfbabades*, Garchae Episcopus, Phetioni Patriarchae synchronus, cujus Opus, in Magos, Doctrinae Zaradoshi, seu Zoroastri adfectas, inscriptum, laudatur a Metropoli Sobensi loc. cit. *Barcho-*

sinus, alias *Barchofiohi*, quem Ecchellenis, & Huttergerus *Bardukfin* perperam vocant, Coenobii Mofulensis fundator, anno Christi circiter 570. sub Ezechiele Syrorum Patriarcha clarus. *Aras*, incertae aetatis auctor, antiquus tamen, ut ex ipsius libris, adversus Bardesfanitas editis, quos prae manibus habemus, plane conjicitur. S. Ephraem Syrus, quem passim in Magos invententem animadvertimus, quum Syriaca ejusdem praeciarum Doctores Opera quique ab hinc annis latinitate donarem.

(17) Solem, & Ignem, tamquam Numina Persae adorasse, liquet etiam ex ejusdem Saporis Regis Edicto, quod infra in Aetis S. Aceptimae exhibebitur. Idque testantur non veteres modo Graeci, Latiniq., sed Christiani, Judaei, & Mahometani omnes; adeo ut hucusque Persice آتش پرستان Arabicè vero عبادة النار *id est, solis, & ignis adoratores* vocentur, qui antiquum Perfarum superstitio-nem retinent. Hinc summae quidem impudentiae arguendus est Thomas Hyde Anglus, qui in libro de veterum Perfarum Religione cap. 4. Poëmatibus cujusdam Persici: *قصه مینار* *Chil Minar*, seu *Centum Portae*, inscripti, in quo nonnisi griphi, & enigmata fabulis intertextata leguntur, autoritate ductus, Christianos innumeros in Persequutione Saportica temere animas projecisse effudit, eosque, ceu homines rerum patriarum ignaros, ridet: *Quia*, inquit, *perperam existimabant Persae adorare solem. Sed ut verum fatear, dicti Christiani mihi videntur suo humori, & propriae pertinaciae plus quam conscientiae litasse, quam probe scirent, per totum Orientem, praesertim in Persia morem esse civilem cultum praefere adorando. Sic fecerunt Josephi fratres*. Abiit, ut de tot Sanctis Martyribus tam absurde, nec dicam, impie judicaret. Equa enim fide tot Martyrum milia traduntur, tamquam cervicosis homines, qui religionem eorum, inter quos vivebant, ignorarent? At eam potius ignoravisse Thomam Hyde demonstrare facile foret, qui unius auctoris, & quidem sordidissimi, quem & Mahometanum fuisse constat, & ante ducentos admodum annos scripsisse, auctoris, scilicet, Poëmatibus Centum Portarum testimonio totam funditus antiquitatem, & Christianam apud omnes Nationes conservatam de Martyribus Persis traditionem evertere conatus est: sed prorsus infelicitur.

(18) *Arzabades*: Sozomenus, & Epiphanius Scholasticus, omnia haec voce Persica, quae Cubiculi Regii eudodem relictus sonat, hunc Eunuchum *Praepositum Domus Regiae* vocant; Menologium vero Basilii Imperatoris, & Menaeae Graecorum *Praepositum* dumtaxat. Porro Eunuchismus a Persis originem habuisse vulgo creditur. A Spada enim Persidis vico, ubi primum virilia excisa sunt, Spadones nuncupati Stephano videntur. Eos postea aliae quoque gentes, Romani in primis imitati sunt; unde Petron. Satyr. edit. Bofch. pag. 269.

*Perfarum ritu nam pubescentibus annis
Surrripere viros*

Magna olim Eunuchorum apud Persas auctoritas, quippe qui puerorum, puellarum, mulierumque, quibus, ut alios usus praeterream, custo-

des potissimum, & comites addebantur, favores non *Arzabadi* solum, verum & *Aslabidi*, quae suprema militiae Praefectura est, dignitatem plerumque adtingebant. Eandem ferme auctoritatem etiamnum istiusmodi homines apud Orientales Principes, & Constantinopoli praesertim, ubi magna eorundem frequentia, retinent. Duas namque ea in urbe catervas sub totidem Praefectis constituunt, Alborum, nempe, & Nigrorum: quorum priores, adpectu quidem formosissimi, nefando sceleris potissimum mancipantur; alteris vero, quibus nihil deformius, nihil perverius cerni, sanguine potest, pueri, feminaeque concreduunt.

(19) *Gubfciatazades*, hunc *Vfthazanem* vocat Martyrologium Romanum ex Sozomeno: *Menae Cbusdanae*; Epiphanius Scholasticus *Vfthazadem*. In Codice Leonis Allatii *temper* ubique scribitur. Sed perperam apud omnes; ea etenim vox, ejus interpretationem habes supra, Persica est, utque juxta archetypum *سوزستان* pronuncietur, non nisi *Gubfciatazades*, seu *Cbusfciatazades*, exaranda.

(20) Praeter *Pullarum* vestium usum, quae ad hanc usque diem luctus, moestitiaque sunt indices, solent Persae, ceterique Orientales, ob ereptos sibi praecipue confanguineos, & Principes viros, ad mensum, vel longius, juxta defuncti gradum, conditionemque, a balnearum usu se abstinere, & si pullis careant, vestem inverfam, seu praepostere induere. Interim vero nec caput abradunt, nec sibi ungues refecant, uti nos ipsi, quum novem ante annos in Asia versaremur, multoties observavimus.

(21) Duplex est apud Chaldaeos, & Syros notandum dierum ratio, altera juxta solares Seleucidarum, & Martyrum sub Diocletiano menses; de quibus vide Calvinium Sethum, Petavium, alioque Chronologos; altera secundum dies lunares, quorum, ut & solatium, priorem a Kalendis Octobris arcessunt. Quare autem postremam hanc rationem in hisce Aetis describendis adhibuerit Sanctus Maruthas, ac priorem praetermiserit, nobis haud liquet. Verisimile tamen est, id ab eo consulto peractum fuisse in gratiam vetustissimorum Ecclesiae Kalendariorum, in quibus, sicuti annuus Paschatis dies ex Lunaribus periodicis eruitur, ita & Sanctorum Natalia Lunaribus mensium diebus consignantur.

(22) Multiplex hujus hebdomadae apud Chaldaeos, & Syros nomenclatio; alias enim ex Paschate Judaearum, in ea celebrari solito *عبد ورجدنا*, *Hebdomada Azymorum*, dicitur: alias vero *عبد ورجدنا* *Hebdomada Magna*, seu *Major*, ut apud Latinos: Saepius tamen *عبد ورجدنا* *Hebdomada Passivae* adpellatur, ut in antiquis, & recentioribus Syrorum Kalendaris, in quibus Feria ejusdem quinta *عبد ورجدنا* *Dies quintus Mysterium* dicitur, ob Eucharistiae, scilicet, & Lotionis Mysteria, seu Sacramenta eo die a Christo Domino instituta.

(23) Intellige *Ledan*, Huzitarum urbem, de qua supra.

(24) Ita Sozomenus, & Martyrologium Romanum; Codex tamen Chaldaicus Nitrienfis

Vaticanus II. sub titulo Aflorum S. Simeone *duos supra centum* recenset, cum eodem Simeone Martyrum passos, ex quibus Episcopos quinque designat, nempe, *جاديابن* *Gadiaben*; & *سابينوس* *Sabinus*, *لاپتيني* *Lapentius*; *مصلح* *Maslich*; *جوهانن موريشيوا* *Johannem Morisijua* *sciri*; *جوهانن پيراتب مفسانا* *Johannem Pheratib-Mefanae*; & *جوهانن كارحو مفسانا* *Johannem Carcho-Mefanae*. Gregorius vero Bar-ebraeus, qui & Abulpharagius, in Serie Catholicorum Orientis, quam ad tertium Chronici sui partem adjecit, *tres supra centum* adsignat, una cum S. Simeone comprehensos, ipsoque praesente, & cohortante jugulatos:

هالني وه ماللهلما مخصه /
لهتموه ربي استنا فقط مخصه
مخصه مخصه . هالجمع مخصه /
هالجمع مخصه مخصه مخصه مخصه /
هال اوفه سخر . هجم مخصه مخصه /
مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه /
مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه /
مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه /
مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه /
مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه /
مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه /
مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه /
مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه مخصه /

Et comprehensus Catholicus (Sanctus Simeon Bar-Saboe) *una cum quatuor Episcopis, ac novaginta novem Presbyteris, Diaconis, alisque Fidelibus, omnes in carcerem conjiciuntur: ubi plurimis, ilisque saevissimis, cruciatibus a Persis persequentibus, in Christiana fide constantissimi perseverant . Quamobrem ira excandescens Sanoy eos omnes ob oculos Catholicos, ipsum vero Catholicum novissime obruturari jussit . Quum autem li-tilores ad caedem properarent, Sanctus Dei Martyr singulorum sociorum frontem exoculari, eorum animis viam, stimulosque addere, cantos ad triumpham, & gloriam incendere, donec & ipse omnium postremus intererent, est, feria sexta in Albis, quae propterea feria sexta Confessorum adpellatur . Haec Bar-ebraeus; qui tamen adlucinat in adsignanda hebdomadae in Albis feria sexta, quum nihil luculentius tum ex hisce Aetis, tum ex Synaxariis, aliisque Scripturis evinci fas sit, quam feria sexta Majoris hebdomadae Simeone cum Sociis mortem optetisse . Menae Graecorum Mille centum & quinquaginta enumerant; Menologium autem Basilii Imperatoris, ut & Syrorum Coptitarumque Synaxaria, quorum verba superius excerpimus, Centum & quinquaginta . Undenam autem hunc hauserit numerum, nos prorsus latet . Demum Coptitarum Synaxarum, praeter*

ter hos Centum & quinquaginta, plurimos in super Martyres ibidem laudat, quos in carcere forensibus de causis detentos, a solis culta ad Christianam sacra Simeonis adorationibus conversos fuisse, ac postmodum ante Simeonis passionem caecos adfirmat. At horum quum nullibi mentio fiat, idem Coptitarum Synaxarium hac in re castigandum potius, quam observationibus illustrandum censeo.

(25) *Phufkiius*; Sozomeno *Pufces*: Martyrologio Romano *Pufcius*: Menologio Basilii *Phufis*: Menaeis Graecorum *Phufis*: Coptitarum, Syrorumque Synaxariis *باسمى*, *باسمى*, *باسمى*, *باسمى*, & *باسمى* dicitur. Ejus certamen in praedictis Martyrologiis celebratur; nullibi tamen fulius, quam in Basilii Menologio ad diem xiv. Aprilis; ubi post Simeonis & Sociorum encomium haec de S. Phufkio, ejusque Filia Virgine leguntur: *Hic Martyr (Phufis) quam Sancti Martyres Socii S. Simeonis decollarentur, eorum Martyrio praesens, quemdam ex eis Presbyterum, dum capus ei obruncandum esset, simeonem, ac trepidantem adveniens, ipsi ait: Ne timeas; claudens oculos tuos, & Christus te illuminabis. Unde Christianae Religionis adfectu cognitus, adductus est coram Rege; & ab ipso interrogatus, quum Christi nomen confessus esset,*

primum quidem ei abscissa fuit lingua; deinde rotius corporis pelle crudeliter detorta, animum emisit. Filiam autem habebat Christianam sustinimentalem, quam coram se adductam, justus Rex, Christo renunciare, solique, & igni sacrificare. Quum vero illa ad id suaderi non pateretur, primum quidem eam denudari mandavit, & crudeliter flagellis caedi, facibusque aduri; deinde suspendi, ac ferreis unguiculis dilaniari; sacram demum ipsius cervicem ense abscindi. Hucusque Menologio Basilii.

(26) *Franciscus Laherius* in Menologio Virginum Phufkii filiam, cujus nulla in Syrorum, Coptitarumque Synaxariis fit mentio, *Pufces* appellat: quod ei nomen fuisse alibi non legitur.

(27) *Paella*, seu *Filia Foederis*, quae, nimirum, virginitatem suam stabili foedere, seu voto Deo obstrinxerat. Hocce enim vocabulo Virgines Deo Sacras Chaldaei, & Syri nuncupant. Quodnam autem vitae institutum istiusmodi Virgines olim tenuerint, vide Aflamanum Bibl. Orient. tom. 3. part. 2. & Admonitionem nostram in Martyrium Sanctae Tharbae, & Sociarum, ubi de iis stricto pressoque calamo aliquid attingemus.



ADMONITIO

In Certamen Plurimorum Martyrum & AZADIS, Regis Eunuchi

Horum SS. MM. & nomina desiderantur.

Quum ineunte altero Persecutionis anno, Saporis vero Perfarum Regis trigesimo secundo, a feria sexta Majoris Hebdomadae, qua Simeon Bar-Saboe, Seleucia, & Ctesiphontis Episcopus, Martyrium perpeffus est, ad Dominicam in Albis, diebus, scilicet, decem, tanto furore in Christianos saevitum fuerit, ut nullo interposito, praemissive examine, eorum infinita prope multitudo ad solam nominis Christiani confessionem jugulareretur; mirari profecto non subit, quod S. Maruthas Virorum, Mulierum, singulorumque eo temporis intervallo caesorum, nec fusiora Acta colligeret, nec nomina, aut numerum designare potuerit.

Eorū memoria celebris.

Esti vero non perpauci eorum Martyrum nomina ignota fuerint, ipsorum tamen & in Latina, & in Graeca Ecclesia perpetuo celeberrima fuit memoria. Quod quidem compertum est nedum ex his, quae haec a S. Marutha referuntur, verum etiam ex aliis antiquis Authoribus, qui eos, in unum *Plurimorum* seu *Innumerorum Martyrum Perfarum*; congestos album, celebrantur. *Sequente autem anno*, inquit Hermias Sozomenus Hist. Eccl. lib. 2. cap. 11. *eo ipso die, quo Passionis quidem Christi memoria celebrabatur, Resurrectionis vero expectabatur festivitas, crudelissimum Edictum Saporis per universam Perfarum ditionem propositum est, quo cuncti, qui se Christianos confessi essent, mortis supplicio addicebantur. Quo quidem tempore, ajunt, innumerabilem Christianorum multitudinem gladio caesam esse. Nam & Magi, qui per singulas urbes, & vicos studiosi investigabant eos, qui se occultarent, & Christiani, nemine ipsos ducente, ultro semetipsos prodebant, ne silentio suo Christum negasse viderentur. Porro quum Christiani omnes absque ulla miseratione trucidarentur, multi in ipso Palatio necati sunt, atque inter hos Azades Eunuchus Regis longe carissimus, quem quum Saporis preceptum accepisset, incredibili dolore percussus est; & hanc quidem generalem Christianorum caedem compressit, solos vero Christianae Legis Doctores interim praecipit. Et cap. 14. Verum ut summatis dicam, cunctos ejus temporis Martyres*

Apud Sozomenum alioque scriptores.

syres tam viros, quam mulieres, quorum nomina recoluntur, sedecies mille numero fuisse peribendi: reliquae vero multitudinis ne numerum quidem iniri posse. Atque idcirco difficile admodum visum est Persis, Syris, atque Edesenis, qui hac in re plurimum studii, atque operae posuerunt, horum nomina percensere. Eadem ferme, sed magis contracta habent Nicephorus lib. 8. Hist. Eccles. cap. 37. & Cassiodorus lib. 3. Hist. tripart. cap. 2.

Martyrologium Romanum die xxii. Aprilis: Eodem die Sanctorum plurimorum Martyrum, qui sequenti anno post obitum Simeonis, annuo item die, quo Passionis Dominae memoria celebrabatur, per totam Persidis regionem pro Christi nomine sub Rege Sapore gladio caesi sunt. In quo fidei certamine passus est Azades Eunuchus, Regi carissimus: Miles Episcopus cum Presbytero suo Jacobo: item Aitbala & Josepho Presbyteris, Azadane, & Abdisio Diaconis, & compluribus aliis Clericis: Marcus quoque, & Bior Episcopi, cum aliis viginti Episcopis, & Clericis fere ducentis quinquaginta, Monachis etiam, & Sacris Virginibus plurimis, inter quas & S. Simeonis Episcopi Soror, nomine Tarbula, cum pedesque sua, quae stipitibus alligatae, ferraque scissae, crudelissime necatae sunt.

In Martyrologio Romano.

Menologium Graecorum, Basilii Porphyrogeniti Imperatoris iussu editum, ad diem xiv. Aprilis: Recurrentem sanctae, & magnae Parasceves salutarem festiuitatem etiam ii Christiani, qui in Perside erant, celebrabant, atque gloriosa recordatione recolunt. Christum gratias agentes, quod propter nostram salutem pati dignatus fuerit. Comprehensio autem, & occiso Sancto Simeone Episcopo, & aliis etiam plurimis cum eo interemptis; ab ipso siquidem magnae Parasceves die per decem usque sequentes dies quicumque comprehendebantur Christiani occidebantur; hi etiam Sancti tenti fuerunt, & cum ipsis Azates Eunuchus, qui dices erat, & in Palatio primus, dilectus plurimum, atque in honore habitus a Sapore. Hi itaque coram Rege adducti, & ab ipso interrogati, quum Christum animo confidens professi essent, fuerunt omnes interempti. Poenitentia autem ductus Saporis ob mortem S. Azatis, lege cavit, ne quis in posterum Christianus occideretur, & ad aliquod tempus eiusmodi edictum observatum fuit. Haec tamen Menologium Basilianum.

In Menologio Graecorum.

In Syrorum, Coptitarum, Armenorumque Synaxariis nullam horum Martyrum memoriam reperire licuit; at in Officiis Sanctorum per annum ad horum sextam hebdomadae tertiae decimae post Pentecosten, ad quam, ut superius inuimus, Simeonis Festum transtulerunt Chaldaei, eorundem Martyrum certamen laudatur ipsissimis fere verbis, quibus a S. Marutha. Ea idcirco breuitati consulentes, praetermittimus.

In Officiis Chaldaeorum.

Porro horum Martyrum numerum adsignare vetat discors Scriptorum calculus. Sozomenus loc. cit. ad sedecies mille perducit, Menologium Basilianum in modo laudatae Commemorationis titulo ad mille, qui tamen in Menaeis Socii S. Simeonis dicuntur. Quam demum, ex Scriptore Persa depromptam, latinitate donandi spem ingerebat Renaudotius, Historia Persarum Martyrum bis centum millia recenset. Et plurimos quidem tum temporis Martyrio perfunctos esse, nedum ex varia Historicorum supputatione, sed & ex Actis nostris luculentissime colligitur. Cur itaque Menologii Basiliani auctor mitte tantummodo memoraverit, nobis haud liquet; quum nec Sozomenus, nec Hieronymus, e quibus desumpta sunt quae de Martyribus Persis apud sequiores Latinos, Graecisque leguntur, nec alii Persicarum rerum Scriptores hunc numerum unquam designauerint.

Eorū numerus ignotus.

Verum qui Sozomenus, & Nicephorus excerpserunt, ut Latinorum praesertim antiqua & recentiora Martyrologia, cum iis adlucinati sunt, perhibentes ipso in Certamine Martyrii lauream adeptos Acepsum, Jacobum, & alios, quos ex genuinis eorundem Actis, a nobis infra exhibendis, nonnisi subsequenter eam Plurimorum Martyrum caedem, annis, Martyrium subisse, extra omnem dubitationis aleam positum est.

Cum iis perperam adscensentur Acepsum, Jacobum, & alii Martyres.

Deceptos quoque fuisse Sozomenum, Nicephorum, Cassiodorum, & reliquos Scriptores, alterum a S. Simeonis obitu annum adsignantes, quo Plurimorum horum Martyrum certamen inchoatum est, cum ex Menologio Basilii, tum ex Actis nostris plane deducitur. Primo etenim hanc edicti promulgationem ad annum Saporis Regis trigessimum secundum expresse referunt. At annus Saporis 32. nisi in annum Christi 341. non competit, quum ab anno 309. Regnum auspiciatus fuerit: Annus vero Saporis 32. Christi 341. ille ipse est, quo Simeon Martyr occubuit. Eodem igitur anno & Simeon, & Plurimi isti Martyres caesi sunt. Recolantur quae de Saporicae hujus Persecutionis Epocha in Prae-

Martyrii tempus.

fatione Generali differuimus. Secundo, in Actis nostris nedum Saporis annus 32. sed & idem disertissime adnotatur dies: *Hoc eodem die promulgatum est Edictum*. Verum hie dies si omnino idem, non alius certe fuit, quam feria sexta Majoris hebdomadae, qua Simeon mortem oppetiit; hunc quippe unum in praecedentibus adsignavit Maruthas. Quo igitur pacto in sequentem annum rejici potest? Ecquis in animum induxerit, Marutham a Simeonis caede ad Edicti promulgationem sermonem continua textentem ferre, utramque autem eodem peractam die adfirmantem, illam tamen alio, quam hanc, anno exsequutioni mandatam intellexisse? Quum jam si sequens inferendus sit annus, non Saporis 32. ut scribit Maruthas, sed 33. designandus fuisset. Tertio, ut quodlibet ocludatur effugium, Maruthas luculentissime adseverat: *Edictum illud promulgatum fuisse feria sexta, quae in decimam quartam Lunae Aprilis diem cadebat: ab ejus autem feriae hora sexta ad alteram Dominicam hebdomadae secundae Pentecostes a caedibus nunquam fuisse cessatum*. At anno Simeonis obitum subsequente, feria sexta in decimam quartam Lunae Aprilis diem neitquam incidebat; uti ex tabulis Paschalibus liquet. Eodem igitur, quo S. Simeon Martyrii laurea donatus est, anno & Edictum Saporicum publicatum est, & Plurimi Martyres, de quibus agimus, interemti sunt.

Atque hinc primo corrigendum est Martyrologium Romanum, quod ex aliorum lapsu tradit, *Plurimos hos Martyres sequenti anno post obitum Simeonis caesos esse*.

Secundo; eliminanda clarissimi Orientalis Bibliothecae Authoris sententia, qui tom. 1. a pag. 185. ex uno, eodemque Saporis edicto, a S. Marutha in his Plurimorum Martyrum Actis designato, edicta duo autumat lata, alterum eodem, quo Simeon obiit, die; alterum *Recurrente eadem feria sexta*, quam in nonum Aprilis diem incidisse, idem Author opinatur, promulgatum. Bifariam, nempe, horum Martyrum historiam dividit; quae Maruthas scribit: *Etenim ab hora sexta feriae sextae, quae in decimam quartam Lunae Aprilis diem incidit, quae edictum illud promulgatum fuit, ad alteram usque Dominicam hebdomadae secundae Pentecostes, diebus scilicet decem, a caedibus nunquam cessatum*: ad eundem, quo Simeon interfectus est, diem revocat; quae vero initio Actorum praemittuntur: *Hoc eodem die promulgatum est Edictum immane*; Latine reddit: *Recurrente eodem die, feria, scilicet, sexta in Parasceve*; atque ad alterum & edictum, & certamen, & annum refert. At quis penitus, quam doctissimus Bibliothecae Orientalis Author introspectit, in Chaldaico legi dumtaxat **ܐܕܝܢܐ ܕܥܘܢܐ ܕܥܘܢܐ ܕܥܘܢܐ ܕܥܘܢܐ ܕܥܘܢܐ**. Anno trigesimo secundo Saporis Regis, hoc eodem die &c. Porro annus ille idem sit, necesse est, quo Simeon Martyrium pertulit; *Recurrentem* igitur, seu sequentem haudquaquam infert. Deinde nedum gratis omnino effingit praeclarus Author, duo heic indicari Edicta, verum & contra expressam orationis vim. Denuo subjiciantur oculis, quae produunt Acta: *Ab hora sexta feriae sextae quae Edictum illud promulgatum fuit*. His in verbis videt laudatus Author Edictum, quod eodem die, quo Simeon Martyrium subiit, emissum est. At Edictum illud, non inficiante ipso Authore, si quae alia fuerit, illud ipsum fuit primum; Acta vero adjiciunt *Edictum illud* porro *id illud* ad quodnam Edictum referendum esset, si ex eodem Authore primum dicendum sit. Demum vel explodenda verborum nativa vis, & significatio, vel adstruenda sententia nostra, quae unum & idem Edictum constituit. Nam quum Maruthas historiae filium ordiens, absolute tradat; *editum fuisse Edictum*, quis non videt, eum postea correlative scribentem: *a die, quo illud Edictum promulgatum fuit*: per *id illud*, unum idemque Edictum, initio praemisum, designasse. Ad quid enim *illud*? si duo sunt, jam neutrum *illud* censendum.

Tertio, castigandum Adonis Martyrologium, qui ad diem 22. Aprilis, in quem tamen, ut jam observatum est, competere nequit feria sexta in Parasceve, nullius Scriptoris auctoritati innixus, *Plurimos hos Martyres tentos, ac jugulatos annuo die quo Passionis Dominicae memoria celebrabatur*, perperam obtrudit. Ipse namque Sozomenus, ex quo horum Martyrum notitiam hausit Ado, eo quidem die promulgatum fuisse Saporis Edictum, scribit: Verum neitquam eo ipso die necatos fuisse hos Martyres, quin Magos exhibet, singulas urbes, & vicos studiose lustrantes, ut abditos, si qui essent, Christianos ad lanicnam traducerent. Quae quidem investigatio longius, quam spatium unius diei patitur, necesse est, protrahatur.

Martyrologii
Romani adu-
ciatio.

Refellit
Authoris Bi-
bli. Orient. de
duobus Sapo-
ris Edictis sen-
tentia.

Lapsus Ado-
nis.

١٥
 ١٦
 ١٧
 ١٨
 ١٩
 ٢٠
 ٢١
 ٢٢
 ٢٣
 ٢٤
 ٢٥
 ٢٦
 ٢٧
 ٢٨
 ٢٩
 ٣٠
 ٣١
 ٣٢
 ٣٣
 ٣٤
 ٣٥
 ٣٦
 ٣٧
 ٣٨
 ٣٩
 ٤٠
 ٤١
 ٤٢
 ٤٣
 ٤٤
 ٤٥
 ٤٦
 ٤٧
 ٤٨
 ٤٩
 ٥٠

nis astant, & ad tristes umbras mor-
 tis praecipiti plane cursu advolant;
 qui tyranni typhum calcarunt, & im-
 pudentissimi, superbissimique hominis
 ferociam represserunt; hominis, in-
 quam petulantissimi, atque facerrimi,
 qui omnia late loca lucu, metuque
 complevit, & velut aliquo turbine,
 aut subita tempestate perverit. Illo
 namque tonante, acerbum Edictum
 emissum est, ceu horrifonae grandinis
 excussa nubibus procella: qua quidem
 prorunte, salutis femita, ne in pos-
 terum tereretur, eversa est. Eo fra-
 gore conterritus grex, primo disper-
 gitur; mox congregatur, in unum cogi-
 tur, & adaugetur, demessus colli-
 gitur, & servatur. Sic gentium, atque
 populorum cellaria implevit, & ad in-
 felices terras propagatus, oppressos fa-
 me indigenas, sua opulenta recreavit,
 esurientibus, aut sine pretio distribu-
 tus, aut justa commutatione venundatus.
 Eo praesente, refusum infirmis
 artibus emicuit robur, debilitatisque
 deperditas reparavit vires. Sed & uni-
 versi salutem in eo, quem tenebant,
 vitae cursu consequuti, aliorum mox
 inopiam sublevarunt. O Gregem sum-
 mo honore dignum! qui ad tantam
 amplitudinem profecit, ut omnes po-
 testates superaret. Messoris manus fru-
 strata est, vellentis brachium elanguit,
 contabuit cor, & mens turbata est.
 Quae is moliebatur, sibi ex voto mi-
 nime cefferunt; quae meditabatur, pe-
 rinde male verterunt. Tyrannidis nam-
 que initium protulit centum, finis red-
 didit millia.

Etenim ab hora sexta feriae sex-
 tae, quae in quartam decimam Lunae
 Aprilis diem incidit, qua Edictum il-
 lud promulgatum fuit², ad alteram
 usque Dominicam hebdomadae secun-
 dae³ Pentecostes, diebus, scilicet, decem
 a caedibus nunquam cessatum.
 Neque vero inutilata haec res est, ut
 feria

Diebus decem
 in Christia-
 nos pessime
 saevitum.

2

3

feria sexta occafu fuo vivos de medio tollat, ducatque ad interitum, eodem reducitur ad ortum poftera luce Sabbathi futuri, de quo Apoftolus meminit docens. Populo Dei relictum efle fabbathifmum. O praeclaram horam, quam magnum, celeberrimumque feftum excepit! In ea quippe perfecti fponfi, fecundo baptilmate tincti, funt recreati, ne peccati labem in pofterum timerent, qui vero per jejunium quadraginta dierum in fqualore jacuerant, in fubfelliis gloriae luctum depofuere, jucundiffimam voluptatem adepti, innumeros annos duraturam. O horam, in qua fordes fuas propriis aquis Sacerdotes expiarunt, ut nullo praeterea poenitentiae remedio, nullo lacrymarum lavacro in pofterum indigerent! O horam, in qua turbinibus, atque faeva tempeftate haecenus jaectati, in tranquillum portum invecti funt, ubi nulla vexat, perturbatque cura feculi, quod mare procellofum eft, atque incertiffimum. O horam, in qua viri liberi facultatum, rerumque domesticarum moleftias excufferunt; Feminaeque item liberae a textrinae artis opificio, & feculorum negotio conquieverunt! Servis aliquando licuit tranquillas noctes ducere, nullo, fcilicet, excitante ad obfequia, atque opera dominorum; & Ancillae herili timore folutae, domesticorumque laborum oblitae, optata quiete portatae funt.

O mucro, qui nobis pincerna factus es, hem quanta nequitia tua eft! O fica, quae dapes nobis inftuis, hem quot tibi funt nocendi artes! Alter enim poftquam convivas inebriavit, illos ad veritatem abjiciendam impulit; altera quum eofdem exfaturo, caritatem deponere coegit; alter poeulis venena infudit, quae tamen in falutis praefidia cefferunt; altera infidiofe fuis epulis mortifera pharmaca immifcuit, quae tamen in mortis remedium, hoc

est, qui nobis pincerna factus es, hem quanta nequitia tua est! O fica, quae dapes nobis instruis, hem quot tibi sunt nocendi artes! Alter enim postquam convivas inebriavit, illos ad veritatem abjiciendam impulit; altera quum eofdem exfaturo, caritatem deponere coegit; altera poeulis venena infudit, quae tamen in salutis praesidia cefferunt; altera infidiose suis epulis mortifera pharmaca immiscuit, quae tamen in mortis remedium, hoc

Ebr. 4. p.

Resurrectio mortis remedium.

num contemperat, & Infernus sibi ipse gratulabatur.

Ad solam nominis Confessionem Christiani martantur.

Porro haec tanta cum festinatione agebantur, ut ad solam nominis confessionem Christiani interficerentur, nullo interposito, praemissive examine. Interea quum quidam Eunuchus, Regi carissimus, nomine AZADES, ex praecipiti hac Judicii forma, lubens pro Christi nomine interemptus fuisset, re comperta, Rex magna animi perturbatione, ac moerore afficitus est: Edictoque cavit, ne deinceps in obvios quosque pro ipsorum arbitrio saeviretur; sed eorum dumtaxat judicia exercerentur, qui viae istius Duces esse videbantur.

Inter quos Azades Eunuchus.

4

In solos Christiani Ducis deinceps saevitum.

5

Plurimorum Martyrii nomina ignota.

Quocirca virorum, mulierum, atque puerorum, hoc temporis intervallo caeforum, nomina ad nostram notitiam necdum pervenerunt, iis exceptis, qui in ipsa urbe coronati sunt. Plurimi ergo Martyres occubuerunt, quorum nomina ignora; quum plerique exteri fuerint, aliarumque regionum indigenas.

Milites Regii non pauci Martyres.

6

Istorum insuper Martyrum numerum auxerunt Milites Regii Exercitus non pauci, qui pro ista Confessione Dei nostri Martyrii gloriam adepti sunt.

... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...
... ۵۵۹۲۹ ...

ADNOTATIONES.

(1) Hoc eodem die, nempe, feria sexta in Parasceve. Ita Sozomenus, & ex eo Nicephorus, Cassiodorus, & Martyrologi omnes qui tamen adlucinati sunt in differenda crudelissimi hujus Edicti promulgatione ad annum post Simeonis Agonem proximum. Nam, ut aperte notat Maruthas, id contigit Anno Saporis 32. feria sexta in Parasceve, Luna xiv. Aprilis. At Annus Saporis 32. nisi cum anno Christi 341. componi non potest, & feria sexta in Parasceve, nonnisi eo anno in Lunam Aprilis decimam quartam incidit, ut in Praefatione Generali demonstratum est. Eodem igitur anno, & die, quibus Martyrii lauream Simeon obtinuit, Saporis in Christianos Edictum promulgatum fuisse, liquido patet.

(2) Hinc constat, Saporis in Christianos

Edictum, de quo supra, eodem anno, & die, quibus Simeon Bar-saboe Martyrium subiit, non vero sequenti anno, eo die recurrente; ut scribit Sozomenus, & ex eo clarissimus Bibliothecae Orientalis Author, fuisse emissum.
(3) Ad alteram usque Dominicam hebdomadae secundae Pentecostes: hoc est, Dominicam in Albis. Nam Pentecostes nomine Chaldaei, & Syri totum illud quinquaginta dierum spatium intelligunt, quod Resurrectionis Pascha inter, & Adventum Spiritus Sancti interjacet; atque adeo Dominica hebdomadae secundae Pentecostes apud illos eadem est, quae Latinae Dominica in Albis.
(4) Azades: hunc cl. Bibliothecae Orientalis Author loc. supracit. cum S. Guhsciatzade Bethseleuciensi, Artaxerxis, seu Ardasciri, Hadia-

Hadiabenorum Reguli, Eunuchus, qui anno Persecutionis 4. Saporis Regis 34. Martyrium pertulit, confundere videtur. Etenim quae apud Sozomenum Hist. Eccl. lib. 2. cap. 11. de nostro Azade leguntur: *Porro quum Christiani omnes absque ulla miseratione trucidarentur, multi in ipso palatio necati sunt, atque inter eos Azades Eunuchus, Regis longe carissimus, quem quum Saporis peremptum accepisset, incredibili dolore percussus est*, &c. idem Bibliothecae Orientalis Author ad Guhsciatazadem illum refert, quem quidem alium omnino esse a Sancto Azade, de quo Sozomenus, & Maruthas heic agunt, nemo incicias ibit, si ejus praefertim Acta, a nobis infra exhibenda, cum his, quae de S. Azade modo dicebantur, comparaverit.

(5) *Vtae istius Duces*: Sozomenus loc. cit.

habet; *Christianae Legi Doctores*; Episcopi, nimirum, Presbyteri, Diaconi, & Clerici, necnon Sacrae Deo Virgines, & Monachi, in quos inde potissimum saevitum fuisse, liquet ex hujusce Persecutionis historia, quae in posterum nonnisi hujus generis Martyrum Acta suppeditabit.

(6) Horum quoque Martyrum nomina desiderantur. Nam praeter Azadem, quocum mille alios recenset Menologium Graecorum, jussu Basilii Imperatoris editum, & B. Tharbae, ejusque Sororem, & Ancillam, quas in urbe Ledan, mense Majo, Martyrii lauream adeptas fuisse, liquet ex earumdem Actis, a nobis mox exhibendis, reliquorum, hoc in Certamine ibidem corona donatorum, neque heic, neque alibi nomina, aut numerum adignat Maruthas.

AD MONITIO

In Martyrium SS. THARBAE, & Sociarum.

Beatae Tharbae, & Sociarum Martyrii historiam, cujus summam paucis exhibet Hermias Sozomenus lib. 2. Hist. Eccl. cap. 11. e Metaphraste exscribere Lipomanus, & Surius ad diem 5. Aprilis, Henfchenius, & Papebrochius die 22. ejusdem mensis, Theodoricus Ruinartus, & sexcenti alii, ipse vero Metaphrastes haud dubie ab incerto vetustiori Interprete, qui eam, ex Actis nostris Graece redditam, Menologio, Basilii Imperatoris jussu, longe ante Metaphrastic aetatem edito, suppeditavit. Si etenim, qui in vulgatas versiones cum Graecas, tum Latinas, ob Chaldaicas, seu Syriacae linguae imperitiam irrepere, errores emendentur, nedum ea Actis nostris adamussim respondere, sed & eundem omnino contexet ordinem. Porro innumeris fere sunt, quibus illae sciant, lapsus: at ne plus nimio hoc opus excreveret, praecipuos tantummodo, in quibus authographa horum Astorum editio a vulgatis longius discrepat, heic a nobis subnotatos perspiciet lector, cujus quidem labori in primis consultum voluimus. Utilius quippe arbitrati sumus, si ad imperviorum locorum explanationem properaremus, quam si indigestum aliorum recoqueremus foetum.

Quum igitur B. Tharba, ejusque Ancilla hisce in Actis *Virgines*, & quidem *filiae Foederis*, seu Deo Sacrae, nuncupentur; ut hujus vocis, quae passim in hac Saporicae Persecutionis historia occurrit, vim totam exhauriamus, praemittendum ducimus, Monialium Monasteria in Mesopotamia, & Perside, nonnisi post Antonii, Aonisque, sive Eugenii aetatem; quarto, scilicet, Christi seculo exeunte, certis ex documentis, quae ab Assemano Bibl. Orient. tom. 3. part. 2. referuntur, propugnari posse. In aliis vero regionibus, ut recte colligunt Thomassinus, ac Tillemontius, tum florere, eum primum, Constantino Magno imperante, pax, & serenitas Ecclesiae illuxit; ad eam quippe Epocham foeminarum, virorumque revocantur Monasteria, quorum communis auctor fuit Antonius,

At Virginitatem Sacrarum institutum ipsi Ecclesiae coevum est, earumque professio, seu consecratio una cum Evangelica semente statim ab exordio nominis Christiani per universon orbem propagari coepit. Testes locupletissimae sunt quatuor Filiae Virgines Philippici Diaconi, quae laudant Acta Apostolorum cap. 21. Unde Tertullianus exclamabat: *Quot Spadones voluntarii! quot Virgines utriusque sexus!*

Triplex autem erat Virginitatis classis. Aliae Deo se devoteutes, vestem sibi ipsae fuscam inducebant, ac permodestam, qua Sanctimonialia ceteris discernabantur; & haec quidem erat earum irrevocabilis professio. Aliae ab Episcopo inter Missarum solennia Consecrationis Velum, spectante populo, accipiebant; quarum meminuit S. Ambrosius,

Unde A&g a Graecis, Latinisque habita?

Quae Filiae Foederis & Virgines Deo Sacrae?

Monialium Monasteria post Antonii, Aonisque aetatem in Perside constructa.

Virginitatis institutum ipsi Ecclesiae coevum.

De Resur. Carnis.

Triplex olim Virginitatis classis.

Embort. ad Virg.

quum diceret; *Veni Paschae dies: in toto orbe Baptismi Sacramenta celebrantur: velantur Sacrae Virgines. Una ergo die sine dolore aliquo multos filios. & filias solet Ecclesia parturire.* Tertia demum classis ex iis, quae Diaconatus munere in Ecclesia fungebantur, coalescebat. Cujus quidem classis Virgines Chaldaeis, & Syris *ܩܘܢܝܐ Bnath Kiama*, seu *Filiae Foederis*, ut & mares, qui ad Ecclesiasticum aliquod munus obeundum constituti sunt *ܩܘܢܝܐ Bnai Kiama*, hoc est, *Filii Foederis* dicuntur. Virginum hujusmodi choros a S. Ephraemo Syro primum in Mesopotamia institutos, ut odas in Ecclesia canerent, tradit anonymus Author Syriacae ejusdem Sancti Doctoris Vitae, quam ad hujusce Operis calcem adjiciemus, easque *Filiae Foederis*, sive puellas, quae Virginitatem suam Deo stabili foedere obtrinxerant; sive *Canonicas*, quae, nimirum, Canonice, seu regulariter ad canendum in Ecclesia deputatae fuerant, diserte appellat.

Cujus Virginum Classis B. Tharba ejusque Ancillam fuerint?

Hinc colligere est, B. Tharbam, ejusque Ancillam, in harum Virginum, quae, scilicet, Virginitatem professae, Diaconatus munere in Ecclesia fungebantur, non vero in Monialium coetu, ac numero reponendas esse, ut & reliquis Virgines, quae in hoc Opere *Filiae Foederis* nuncupantur, *Varda*, nempe, *Thecla*, *Danubia*, *Tatona*, *Mama*, *Mazachia*, *Anno*, *Abiatba*, *Hates*, *Mamlata*, *Maria*, *Thecla* altera, *Maria* altera, *Tata*, *Amo*, *Adrana*, *Mama* altera, *Maria* tertia, & *Maracha*; quarum quidem omnium Martyrii Acta infra dabimus.

Antiqua Virginum viventium ratio.

Quamquam vero hujusmodi Virgines, grassante Persecutionum saevitie, necdum Monasteriorum septis includerentur, ipsae tamen sibi Monasterium domi struebant, ubi vitam castissimis his, & Caelestibus impendebant deliciis, secessui, Psalmodiae, Orationi, Jeuniis, iisdemque infenscebant pietatis exercitiis, quibus hodiernae Moniales, quae in Monasteriis instituuntur. Unum proinde eximium coetum a vulgo Fidelium segregatum, & tamquam gregis Christi portionem longe praerclarissimam, componebant; quum a S. Cypriano *illustris portio Christi* dicantur, testaturque ipse faciat, eam intaminatam viguisse in Ecclesia legem, ne Virgines istae Deo Sacrae una unquam in domo versarentur cum viris: *Nec pati virgines cum masculis habitare, non dico simul dormire, sed nec simul vivere.* Adfirmat denique idem S. Cyprianus hujusmodi Virgines & adulteras, & inceltas fieri, si fidem, Christo desponsam, non retineant: *Quae hoc crimen admisit, non mariti, sed Christi adultera est.* Praeiverat Tertullianus, quum sacrilegos vocat eos, qui velum detraxerint, quo se ultro obumbraverant Virgines, quove se mundo susurrabantur, & Deo Sacram praeseferebant virginitatem: *O sacrilegae manus, quae dicatum Deo habitum detrabere potuerunt! Quod & luculentissime comprobant illa B. Tharbae ad Praefectum, ipsius pudicitiam sollicitantem, verba: O iniquum, & Deo invisum caput, obmutescere, neque talia posthac effutire audeas tam nefaria, atque execranda... Sponsa sum Christi, Virginitatem proinde meam ei servo illibatam.*

De hab. Virg.

Lib. 1. Epist. 11.

Ibidem.

De Virg. velan.

Tharbae & Sociarum Martyrii tempus.

Porro de anno, quo S. Tharba ejusque Sociarum Martyrium pertulerunt, non diu laborandum. Nam, ut in Certamine Plurimorum Martyrum demonstratum est, immane Saporis in Christianos Edictum feria sexta Majoris hebdomadae, qua Simeon Bar-saboe passus est, anno ejusdem Saporis 32, quem in annum Christi 341, incidisse, diximus, emanavit, iisdemque ferme diebus, qui *Plurimi* inscribuntur *Martyres*, martirati sunt. Atqui *per id temporis*, disertissime tradunt Acta, in B. Tharbam, & Socias saevitum fuisse; Anno igitur Saporis 32. Persecutionis 2. Christi 341. celeberrimae hae Martyres lauream adeptae sunt. Qua vero die id contigerit, nulla potest esse difficultas, quum ea in Actis expressa sit, Luna, scilicet, Maji quinta, quae eo anno in solarem ejusdem mensis diem VIII. incidit; non vero in 3. Aprilis, ut perperam ex Metaphrasae scribunt Lipomanus, aliique Passionis B. Tharbae Interpretes.

Memoria celeberrima in Menologio Basiliano.

Harum itaque Martyrum memoriam Menologium Graecorum, jussu Basilii Porphyrogeniti Imperatoris editum, recolat die v. Aprilis, in haec verba: *Certamen Sanctae Martyris Pherbutbae (sic Tharbam vocat) & Sociarum ejus. Pherbutba Christi Martyr post certamen. & mortem fratris sui Simeonis Episcopi quiete degens in suo habitaculo una cum Sorore, & Ancilla eos, qui ad ipsam addebant, Christi fidem edocebat. Invidebant autem Judaei, id aegre ferentes: & occasionem nacti, ipsarum caedem hac ratione moliti sunt. Uxor Saporis, Persarum Regis, Judaeos protegebat: eo autem tempore in-*

ma valetudine utebatur; adceperunt proinde Judaei ad ipsam & calamitati sunt Sanctas, haec ajentes: Quia a Viro tuo occisus fuit Simeon Episcopus, ideo Sorores ipsius Magicis artibus conantur te perimere. Si autem cupis pristinam recuperare valetudinem, jube eas per medium dissecari, & ipsarum dissecta membra suspendi; tu vero transi per medium illorum; atque ita sospes & incolumis evades. Hoc igitur peractis, Sanctae Christi Martyres Caelorum regnum adeptae sunt. Regina vero non modo sanitatem non recuperavit, sed etiam gebennam sortita est. Haftenus Basilii Menologium.

In Menaeis
Graecorum.

Græcorum quoque Menae edit. Venet. ad eundem v. Aprilis diem hocce elogio Sanctam Tharbam, & Socias commemorant. Quod nonnihil quidem ab Aetis genuinis discrepat. Τῆ αὐτῆ ἡμέρᾳ, τῆς ἁγίας Μαρτυρῆς Φεββῆς, & τῆς παρθένου αὐτῆς, & τῆς συνοδίας αὐτῶν. Αὐταὶ ὑπῆρχον ἐπὶ Σαβασίου Βασιλέως Περσῶν· ἀδελφαὶ τυγχάνουσαι τῆ ἁγίου Συμεῶν τῷ Ἐπισκόπῳ, τῷ μετὰ χιλίων ἰτέρων μαρτυρίσαντες παρὰ Πέρσας. Τῆς δὲ βασιλείας ἕτερος νόσος μαλακισμένης, καὶ ἀρρώστιας, εἰς διαβολῶν φαρμάκων δολικτηρίαν κατασκευῆς, αὐταὶ κατέπεσαν. Ἐβρίν καὶ συλλαφθῆσαι, ἀγαταὶ πρὸς τὸν ἀρχιμάγῳ, καὶ πᾶς αἰτίας τὸν ἰσχυαλμῖνον, ἀποδύμειται, Χριστιανὰς αὐτὰς ἵλεον ἵνα· Ἐ Χριστιανῶν μὴ ἦται θίμεις τῶν αὐτῶν θνημυρῶν. διπλῶν δὲ ἡδὲ ἐξέμνιαι τὴν κατηγορίαν, πρὸς ἐπίσης τῆ φαρμακείας καὶ τῆς γονιότης, τῶν θναπφορῶν ἵλαβιν ὤφροι. καὶ ἐκταθῆσαι πάλους, κατὰ τῆ τραχίλω καὶ τῶν ποδῶν, περσιωρήθεισαι, καὶ ἕλωις ἀντοκλωπίδουσαι, μετὰ τὴν διαίρειν. καὶ διελθῆσαι ὑπὸ αὐτῶν ἡ βασιλίσα τῶν ἰαῖων ἵλαβιν. Ἐτω γὰρ εἰ διαβάλλουτες ἦτοι, μὴ ἐν ἄλλως ταύτω ἰαθῆναι, εἰ μὴ διὰ τὸν μικρὸν σωματῶν τῶν ἁγίων ὑπὸ τῶν γυναικῶν. Eodem die (Aprilis 5.) Commemoratio Sanctae Pherbutae Martyris, ejus Pedisaeque, & Sociarum. Ipsae fuerunt tempore Saporis Persarum Regis, & Sorores: sunt Sancti Simeonis Episcopi, qui cum mille aliis apud Persas Martyrium subiit. Quam autem Regina morbo quodam adfecta languesceret, ille, tamquam laetitia parafent pharmaca, inculsatat sumt. Quamobrem comprehensae, Archimago sistuntur; obiectorum vero sibi criminum aduocationem reseliterunt, quum dicerent, se Christianam fidem profiteri, & Christianis nefas esse, ejusmodi patrare facinora. In duplex itaque crimen vocatae, quod, nempe, veneno etiam incantamentum addidissent, capitali sententia, damnatae sunt, ac palis collum, & pedes adligatae, ferra intersectae sunt, atque inde lignis adfixae. Regina autem per medium transfrens sanitatem recuperavit. Ita quippe delatores dixerunt, non alio peracto Reginae posse restitui valetudinem, nisi inter mortua Sanctarum Mulierum corpora pertransiret. Deinde haec duo disticha subnectuntur.

Ἐχες δὲ προσθίκελω με δὲ τῶν Φεββῶν,

διπλῶν μεταπίτες Χριστὶ δὲ τῶν φῶσιν.

Δύλας ἀλθῶς διαπῶν Θεῷ δὲ,

δύλω π καὶ διαπῶνας ἴτρισι πρίω.

Habes Corollarium me duplicem Pherbutam,

Duplicem immutas, Cbriste duplex, naturam,

Famulas veras Domini Dei duas,

Continuo lata est in Sanctas Virgines capitis sententia, cujus exsequutionem Tyrannus sceleratissimo illi Paulo mandat his verbis: Agedum, si istas Virgines manu tua jugulaveris, spondeo, tua tibi omnia restituenda.

Capitis sententia, in eas late exsequutio Paulo mandatur.

At nihil erat, quod non auderet homo avarissimus, quem ille corripuerat nefarius spiritus, qui Judam olim occupavit, & cujus mentem idem, qui illum proditorem Apostolum, furor invaserat. Adeo illius oculos auri, argenticae cupiditatem animam suam in certam perniciem praecipitem dare non dubitaverit. Proditori namque Judae similis, parem cum illo exitum postmodum sortitus est, utpote paris cum illo criminis reus; fatalem perinde ac ille suo collo funem quaesivit. Forte hic quoque fato simili medius crepuit, & diffusa sunt omnia viscera ejus. Forte suam fur ille huic haereditatem transcripsit. Nam ille Jesum occidit, hic inhabitantem in suis Virginibus Christum peremit; Quicumque enim in Christo baptizati sunt, Christum induerunt. Ecqua tandem poena utrumque adficiam putas? Utrum acerbiori, graviorique supplicio maeritum? Profecto quoniam impio uterque, & immanissimo scelere deliquerunt, non dubitandum, quin utrumque aeternis, gravissimif-

Pauli Presbyteri cum Juda Hicariote cogitatio.

Galat. 3. 27.

tam animae amittere non dubitaverat, illa eadem nocte e medio sublatus est. Veritus quippe Judex, ne homo prae amore pecuniae minime meticulosus, interposita ad Regem adpellatione, eam ablatam iudicio repeteret, conficios criminis satellites advocat, utque Paulo mortem inferre maturarent, praecipit: qui sub tenebras in-tempestivae noctis carcerem ingressi, ne qua sceleris in vulgus fama manaret, laqueo vitam misero illi homini eripuerunt. Proh quam similes inter se fuere Judae, Paulique exitus, quorum perinde similis avaritia fuit! Sed fortasse Judas minus dignus, qui reprehenderetur, censendus est, quoniam praeteriti facinoris poenitudinem testatus est, illudque demum adeo exhorruit, ut propterea laqueo sibi spiritum eriperet. At hunc nec flagrantis sceleris puduit, nec post admissi poenituit, poenamque non ipse petiit, sed ab aliis strangulatus, invitus dedit. Sed haec homini, qui innoxium sanguinem sicis oculis fudit, quota pars poenae fuit? cujus profecto sceleri quodvis supplicium impar, exiguum, & leve existimandum.

A D M O N I T I O

In Martyrium S. BARHADBESCIABAE Diaconi.

AAa hucusque ignota.

Martyrii tempus.

S. Barhadbesciabas alius a Barfaba, sive Apfæo.

Acta Martyrii Sancti Barhadbesciabae, Arbelae, Hadiabenorum Metropoleos, Diaconi, unus, quod sciam, Maruthas in commentariis retulit; eaque ex Codice Chaldaico Nitriensi Vaticano I. eruta, nunc primum in lucem proferimus.

Porro ex genuinis hinc Aëtis constat, illustrem hunc Christi Athletam Luna vigesima mensis Julii, anno Persecutionis decimo quinto, Saporis Regis 45. qui ex dictis in 354. Christi annum competit, iussu Saporis Tamfaporis Praefecti, ab Aghæo, nobili ex Garmæorum oppido Tahal laico Christiano, ad id compulsio, fuisse interfectum.

Hinc plane evincitur, S. Barhadbesciabam, de quo agimus, alium omnino esse a Barfaba, sive Apfæo Diacono, in Persia Martyre, quem solum die 11. Decembris Martyrologium Romanum commemorat, uti & Menæa Graecorum his verbis, τῆ αὐτῆ ἡμέρας, ἀθλοπέδου τῆ Ἀγίας Μάρτυρος Βαρφαβᾶ. Οὗτος παρρησία τὸν Χριστὸν Θεὸν ἠκολούθησεν ἀληθῆ, ἐπὶ τῷ τῆς Περσίδος ἀρχοντος, ἀπιτημένη τὴν κοφαλὴν. Eodem die (XI. Decembris) Certamen S. Martyris Barfaba. Hic quum Christum Deum verum confidenter profiteretur sub Persarum Principe, capite obruncatus est. Tum hocce Disticho laudatur.

Βαρφαβᾶ θύσας ἔδωκε λύθοισις ἔξω,

Ἄνω ποθὸς ἐζῶν, θάπρον ἠέλω ἐξους.

Barfaba sacrificans vivo liberatus gladio,

Caelestem cupio vitam, oculus veniat gladio.

Menologium vero, iussu Basilii Imperatoris editum, Sancto Aithalae conjungit, hisque commendat verbis. Die XI. Decembris, Certamen Sanctorum Martyrum Aithalae, & Apfæi. Ipsi Sancti ex regione Persarum fuerunt: ὁ Aithalae quidem, Idolorum Sacerdos, Fidem Christi hunc in modum cognovit. Quum morbo laboraret, decrevit Episcopum Christianorum adire, ut curaretur: quo facto statim convalescit: tum in Patriam rediit, ut propinquos ad Christianam Religionem traheret. Quod ubi cognovit Praefectus, comprehensum, auribusque mutilatum, in carcerem detrusit. Sanctus vero Apfæus Diaconus comprehensus ὁ ipse, Christumque professus, posteaquam acerbissime excruciatu fuisset, mittitur ad Magorum Principem unatum Sancto Aithala. At Magorum Princeps illos ad Regem intromisit: quo praesente, quum a Rege interrogarentur, atque adigerentur Christum abnegare, nec tamen ad id induci possent, capite obruncati vitam finierunt. Nullum etenim Martyrii socium Barhadbesciabas noster habuisse perhibetur; nec a Rege, ut Apfæus, sed a Sapore Tamfapore Praefecto, & quidem absente Rege, post acerbissimam questionem capite damnatus est.

ܡܚܘܪܝܢܐ

ܕܒܫܘܪܝܢܐ ܕܒܚܪܗܕܒܥܨܝܐܒܐܐ

MARTYRIUM

Sancti BARHADBESCIABAE Diaconi.

ܐܢܢܐ ܨܡܥܬܩܐ ܕܕܕܘܫܐ ܕܐܒܝܢܐ
ܨܡܐ ܕܒܫܘܪܝܢܐ ܕܒܚܪܗܕܒܥܨܝܐܒܐܐ
ܡܨܝܠܐ ܕܥܡܘܩܕܝܢ ܕܥܡܘܩܕܝܢ
ܕܥܡܘܩܕܝܢ ܕܥܡܘܩܕܝܢ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܕܥܡܘܩܕܝܢ ܕܥܡܘܩܕܝܢ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܕܥܡܘܩܕܝܢ ܕܥܡܘܩܕܝܢ ܨܡܐ ܨܡܐ

ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ

ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ

ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ

ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ

ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ
ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ ܨܡܐ

ANNO quintodecimo Persequutionis nostrae, jussu Saporis Tamsaporis, comprehenditur BARHADBESCIABAS, in urbe Arbela Diaconus. Hunc, quum atrocissimis cruciatibus dilaceraretur, sic interpellabat Tyrannus: Ignem, & Aquam colito, atque sanguinem comedito; & continuo ab istis immunis eris, tuque liber hinc abibis.

At Beatus Diaconus etiam in illa saevissima quaestione eo fuit habitu oris, ut, superante dolorem laetitia, ridentis quoque speciem praeberet, atque Tyrannum subsannans, in hunc modum incesseret: Tu vero, impie, & immunde, quisnam es, ut me a Religione mea extorrem efficias, aut ab eo vitae instituto, quod mihi a pueritia propositum habui, discedere compellas? Deum juro, cui ex animo deservio, & Christum ejus, in quo spem conloco meam omnem, nunquam me commissurum, ut sive tu, sive tuus iste Rex, quem tantopere jactas, sive cujusque generis tormenta, quibus me tertere putas, avellant me a caritate Jesu, quem ab incunte aetate usque ad hanc senectutem unice dilexi.

Tum vero Tyrannus vehementer excanduit, lataque illico sententia, Sanctum Diaconum capite condemnavit. Forte per eos dies custodiebatur ibidem in carcere Aghaeus quidam, nobilis laicus ex oppido Tahal, qui quum in prima quaestione Solis cultum detestatus fuisset, a Tyranno in carcerem fuerat conjectus, nunc vero Christiani nomen adhuc retinebat. Hunc ergo legis Christianae postea

Anno Saporis II Persarum Regis 45. Persequutionis 15. Christi 354.

Barhadbesciabus Diaconus comprehensus.

Dirissime torquetur.

Ejus constantia.

In Christum spes omnis reponenda.

Sententia capitis in eum lata.

Cujus exsequio Aghaeo Christiano demandatur.

R igna-

ADNOTATIONES.

(1) *T Abal*, Abrahamo Ecthellensi in Catal. Syr. Scrip. pag. 10. *Abal*, insigne Garmæorum Oppidum, unde Xenaias, seu Philoxenus, Monophysitarum antesignanus, prodit. Olim Episcopale sub Metropolitano Bethseleuciæ. Ejus Antistes Daniel, circa annum Christi 1028. clarus, inter Scriptores Syros, quorum Opera superfunt, ab Ebediesu Sobeni laudatur apud Assen. Biblioth. Orient. tom. 3. pag. 174.

(2) Eadem de causa Christianos a Sapore

Rege, ejusque Praefectis frequenter adactos fuisse, ut strenuos Christi milites morte adferrent, liquet vel ex Actis SS. Isaacii Episcopi, Uhanam Clerici, Theclæ, & sociarum Virginum, quæ superius exhibuimus. Quam quidem execrandam immanitatem arte alius in Christianos ante Saporem nemo exercuisse perhibetur.

(3) Anno Christi 354. ad quem Sancti Barthabesciæ Martyrium retulimus, Luna mensis Julii vigesima incidit in solarem ejusdem mensis diem xxiii. ut ex tabulis Paschalis constat.

ADMONITIO

In Acta Sanctorum Martyrum Captivorum.

Chaldaica Sanctorum Martyrum Captivorum. Acta ex Codice Nitriensi Vaticano II. eruta, & in Latinum sermonem a nobis conversa, nunc primum in lucem heic prodeunt.

Acta nunc primum in lucem prodeunt.

Porro etſi Christianorum, expugnato a Persis Beth-zabde caſtro, quod ad Romanorum ditionem ſpectabat, Captivorum in Perſidem abductorum numerus novem milia exceſſiſſe perhibetur; ex iis tamen nonniſi ducenti & ſeptuaginta quinque in genuinis hiſce Actis laudantur, qui, ſcilicet, reliqua captivorum turba, partim in itinere aerumnis exſtineta, partim in varias Perſidis urbes diſperſa, ad montem Maſebdaum in Gaphetum Provinciae Darenſis oppidum relegati, Martyrium ſubierunt, quos inter inſignes fuere. Daufas Epicoſus, Heliodoro, in manſione Stacarta morbo abſumto, ſuſſectus, Mariabuſ Chorepiſcopus, & Ebedieſus Diaconus, necnon alii, quorum nomina heic deſiderantur, Presbyteri, Diaconi, Clerici, & Sacrae Deo Virgines; de quibus haec Sozomenus Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 13. prope finem: *Epicoſi, quos quidem accepi . . . Daufas, qui captivus a Perſis abductus fuerat ex loco quodam, qui Zabdaeus dicitur: tum temporis vero pro Fidei doctrina occiſus eſt una cum Maveabde, ſic Mariabum vocat, Chorepiſcopo, & Clericis ſuis ducentis circiter & quinquaginta, qui una cum illo capi fuerant a Perſis*. Haftenus Sozomenus.

Ex novem Captivorum millibus nonniſi 275. laudantur.

Horum autem Martyrum Paſſionis compendium, quod Actis quidem noſtris ad prime conſonant, ſi nonnulla, a nobis infra adnotanda, excipientur, Graeci in Menaeis ſuis tam manuſcriptis, quam excuſis, & apud Maximum Cytherorum Epicoſum, ad diem Aprilis nonum referunt, hiſ ferme ubique verbis. *Τῆ αὐτῆ ἡμέρῃ, μῆνη τῷ ἁγίῳ μαρτύρων τῷ ἐν τῇ ἀρχαλοσίῃ πλωθέντι ἐν Περσίδι. Ὁ Βασιλεὺς Σαβώρης Περσῶν κατὰ τὴν Περτικρον εὐν ἦτορ ἴσος τῆς Βασιλείας αὐτῆ, κατὰ τῆς τῷ Ρωμαίων χώρας ἐλθὼν, ἅλι πῶλον βιζάδιον ἔτα καλυμβύλιον. Ἀγίων δὲ τῶν ἐν αὐτῇ στρατώνων, καὶ τῶν ὀπλα κινῶν διωαμβύλιος, τῶ ἀπόλοιμοι ὄχλος σὺ γυναικῶν καὶ γῆραιος καὶ παῶσι. Ἐ τῆ Ἐπίσκοποι Ἡλιώδωρον, καὶ Δησῆ καὶ Μαριὰμ Πρεσβυτέρη, καὶ πάντας τῶν ἐν τῷ κλήρῳ περιποιήσασα. Ἐν τῷ ἄν μάλλιν πλουτῶν ὁ Ἐπίσκοπος Ἡλιώδωρον, δειπῶν τῆ Πρεσβυτηριον κηροτόκκου ἀντ' αὐτῆ. τῆς ἐν αὐθιγῆς δευτερολογίας ἑσπῆς τῆς Ἐκκλησίας ἀναφωρῆς, ὁ ἀρχιμάρτυρος ἀδελφῶν, τῆς Σαβωρίῃ ἀνήλυτο, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτῆ ἰαθίτης Χεϊσασοὶ Δησῆ πᾶς περιποιήσασα τῷ Βασιλεὺς καὶ τῆς θεοσεβείας αὐτῆ καταβλασφημοῖσι. Προσάξωτος δὲ αὐτῆ ἔχθησασα τριακόσιοι ἀνδρες, καὶ μὴ πηδῶντες σέβας περιποιήσασα τῶν ἑλλῶ Ἐ τῶ Νυκί, τῶς κηφαλαῖς ἀπειμῆθησασα, ὅτ' ὄν πῆντι καὶ ἕκαστοι ἐφιλοψύχθησασα ἐκ ἀσφαλείῃς ἰαυτῶν καὶ τῶ βασιλῆ περισηλθῶν, καὶ περισηλθῶν καταπνῆθῆς αὐτῶ γυρόλοιμοι, ὅς δέ τις τὸ ἡνομα Ἀδελφῶν. μὴ κηρῶν δειπῶν, τῶν πλουτῶν, ἢ σωμαρῆθῆν, ὄν ὑσῆρον ἀνδρείως κηρῶν τῶ τῶ λόγον τῶ θῶν, ἀσπίδῆς πῆ ἐπιδῶν, ἀνὰ ἀ μαχῶν, ἢκ ἀπῶδῆς δειπῶν τῶν σφαγῶν, καὶ γὰρ περισηλθῶν καὶ ἴσος τῷ συμμάρτυρον ἀπολαθῶν. Eodem die (1x. Aprilis) Commemoratio Sanctorum Martyrum, qui in Perſidem Captivi abducti, mortem pro Christo obierunt. Sapor Rex Perſarum, anno Re-*

Eorum memoria. In Menaeis.

gni sui tertio & quinquagesimo expeditione in regionem Romanorum suscepta, Urbem, Bizabdem adpellatam, intercepti. Quatuor autem in ea reperit armatos, aut qui arma ferre poterant, trucidavit; reliquam vero inermem turbam cum feminis, senibus, & pueris, Episcopum etiam Heliodorum, Desan, & Mariabum Presbyteros cum universo Clero saluos in patria reliquit. Subsequito vero tempore moriturus Heliodorus Episcopus, Desan Presbyterum in sui locum ordinavit Episcopum. Confectus igitur laudibus & orationibus ab eadem Ecclesia Deo oblati, Adelpbar Archimagus aliquis Saporis Regi indicavit, relictos ab illo Christianos, creato in Praefulem Desan, Regem, ejusque Cultum, & Religionem videre, & convitiis proscindere. Saporis autem jussu trecenti viri adducti sunt in Persidem. Qui quum nulla vi adigi possent, ut solem, & ignem adorarent, capite plexi sunt, exceptis viginquaque, qui vitam salutis aeternae anteposcentes, ad Saporem adcurverunt, eique obsequuti sunt. Ex reliquis vero unus nomine Abdjesus, quum ictum baud letalem accepisset, nec cum aliis esset exstinctus, coepit iterum, ut antea, verbum Dei libera voce generose praedicare; quem impius quissiam gladio sustulit, sane non invitum, ut pote qui aegre tulerat, se ab suis sodalibus Martyribus separatam fuisse, & in vita relictum. Haec tunc Menaea, in quibus & ipsi Martyres hoc Disticho celebrantur.

Εἰς Περσολατῶν γῆν ἐσαθάλη Περσίδα
 Ἡ Χετολαζῶν ἀυχοτόμῳς φελαγῆ.
 Certeis seta Chrsicolorum phalanx
 Certavit in Perside, Ignicolorum solo.

Additur seorsim aliud Disticon de Sancto Ebedjesu Diacono, qui licet simul colatur, non tamen eodem tempore Martyrii palmam est consequutus. Est autem hujusmodi

Ὡς ἀρχιμάλῳς Ἀβδῆσῳς πῆ τὸ γῆλον,
 Ἡλευθερώθη πῆν Σαοῶν δι' αὐτῆς λῆθον.
 Captivus Abdjesus, ut fieret liber
 Fortuna ab illa, pro lytro jugulum dedit.

In Menologio
 Basiliano.

Eisdem Martyres, nulla tamen de Ebedjesu facta mentione, colit Menologium Basilii Porphyrogeniti Imperatoris, in haec verba. Eodem die (1x. Aprilis) Certamen Sanctorum Martyrum, qui in Perside Martyrium consummarunt. Sapores Persarum Rex, anno Regni sui quinquagesimo tertio, expeditione in Romanorum dittonem suscepta, quum frequentissimam urbem jure belli cepisset, milites omnes, qui in ea erant, occidi jussit; gentem vero ad bellum minime idoneam, nimirum, senes, mulieres, pueros, Heliodorum Episcopum, Presbyteros, Diaconos, & omnes Clericos incolames servari, mandavit. Heliodorus autem Episcopus, quum se morti proximum praesentiret, in sui locum unum ex Presbyteris Episcopum ordinavit. Sed quum de more in Ecclesia offerretur Deo glorificatio, abiens quidam ex Persis, Saporis haec renunciavit. Christiani illi, o Rex, quibus a te vivere permillum fuit, quemdam sibi principem eligentes, nostram quidem Religionem improbant; tuam autem potestatem contemnunt. Quapropter ad Regem adducti, jussi sunt Solem adorare. Quod facere quum recusavissent, omnes capite obruncati fuerunt.

In Synaxario
 Syrorum.

Eadem ferme de laudatis Martyribus ad praefignatum diem Aprilis nonum tradit Synaxarium Syrorum, addito tamen Sancti Ebedjesu Diaconi, ut in Menaeis, encomio. At Menologium Sirletii ipsorum memoriam his paucis complectitur: Eodem die (1x. Aprilis) Commemoratio Sanctorum Martyrum Captivorum, apud Persidem coronatorum.

In Menologio
 Sirleti.

Synaxarium autem Coptitarum die viii. mensis Barmudi, seu 6. Aprilis Centum dumtaxat, & quinquaginta Martyrum Captivorum commemorationem instituit, his verbis.

In Synaxario
 Coptitarum,
 150. memorizatur.

وغير اشتهدل مايه وخمسين شهيد في ساعه واحده على يد ملك القيس. لانه حين قد
 فكس بلاد المسيحيين المتاخه لحدوده فسيا منهم سبئلا بلاد. ولما لم يطيعوه
 على عبادت الشمس والكواكب امر بضرر اعناقهم والوا اكليل الشهاده.

Eodem die (viii. Barmudi) una simul hora Martyrium subierunt Centum & quinquaginta Martyres, jussu Regis Persarum, qui incursione in Fidelium regiones, suis finitimas, facta, ex iis plures in Persidem captivos abduxit. Quoniam vero isti Solem, & Sidera adorare detreclarunt, capite obruncati, Martyrii coronam adepti sunt. Praeluxerat Menologium
 Græco-

Graecorum, iussu Basilii Imperatoris editum, quod de his Centum & quinquaginta Martyribus ad eundem diem Aprilis sextum ista habet. *Sapores impius Persarum Rex in Romanam ditionem tempore Constantii, Romanorum Imperatoris, incursum faciens (Deo sic permittente, ob excitatam haeresim insipientis Arii, qui & ipsi Imperatori per Eusebium Praeposito Arianum eadem secum sentire persuaferat) multaque subvertens castra, & regiones, plures & Christianis captivos abduxit, quorum aliqui jugulati fuerunt, alii in itinere perierunt. Centum verum, & quinquaginta solummodo superstites in Persidem fuerunt deportati, catenis conficti, & in carcerem coniecti, ibique adfidiis acrumnis per plurimos dies adficti. Quum autem aliquando Sapores a virili negotiis vacaret, ingenti lignorum strue adensa Sanctos Viros, & carcere eductos, iussit Christum abnegare, & ignem adorare. Quod quum facere recusasset, ipso in ignem projici mandavit, atque is a Martyrium consummarunt. Verum Martyres Captivi, de quibus agimus, in genuinis Actis, ut & in Menaeis, ducenti & septuaginta quinque recensentur, qui non in ignem, ut perperam heic adferitur, coniecti, sed gladio caesi Martyrio perfuncti sunt. Inde vero plane evincitur, hocce elogio, alios a nostris captivos designari Martyres; de quibus tamen ne verbum quidem in tota hac Saporicae Persequutionis historia occurrit: vel si nostri, quod mihi verifimilius est, exhibeantur, illud certe ab interpolatore Graeco depravatum esse, atque adeo Chaldaicis eorundem Martyrum Actis conformari omnino debere.*

In Martyrologio Romano ad diem iv. Augusti inter novem millia Christianorum Captivorum, in Persidem abductorum, laudatur Sancta *Ja* cum Sociabus; adnotatque ibidem ex Procop. lib. 1. cap. 9. Baronius, ejus nomine templum, vetustate pene conlapsum, Constantinopoli fuisse a Justiniano Imperatore restitutum. Recensentur praeterea in eodem Martyrologio ad diem xxii. Aprilis viginti duo Episcopi, & Clerici ducenti quinquaginta, praeter Monachos, & Sacras Deo Virgines plurimas. Nimirum, ex Sotomono, a quo loc. cit. Episcopi nominantur, *Babaisymes, Paulus, Gadiaber, Sabinus, Mareas, Agas, Bochres, Abdas, Abdjesus, Isaac, & Dausas*. Verum non omnes isti anno Saporis Regis 53. neque occasione expugnati castris Beth-zabde interfecti sunt, ut alibi ostensum est.

Ceterum Sanctae *Ja*e, sive *Eudociae*, & Sociarum memoriam recolunt Graeci in Menologio Basilii, & in Menaeis magnis excusis eodem die 4. Augusti; in quibus tamen perperam *Ja*, quod nomen Chaldaicum idem omnino sonat ac Graecum *Eudocia*, seorsim ab *Eudocia*, ceu alia ab ea Martyre, memoratur, quum eadem rerum gestarum series, idem Martyrii genus, tempus, & locus sub utroque nomine, *Ja*e, videlicet, & *Eudociae*, proferantur, easque unacum nostris novem millibus captivis a Sapore comprehensas esse, tum variis tormentorum generibus adfictas, Martyrium consummasse, perhibent; ut videre est apud Bollandianos tom. 1. Augusti, ubi earundem Sanctarum Martyrum elogiis, ex Sacris Graecorum, Latinorumque Fastis desumptis, subjunguntur Acta Graeca Martyrii ejusdem Sanctae *Ja*e, ex Codice Vaticano 1671. cum ms. Bibliothecae Caesareae Vindebonensis conlato, cruta, & Latine ab ipsis, ni fallor, Bollandianis reddita, sub quorum initium habes expugnationis castris Beth-zabde, nec non obitus Heliodori Episcopi, & *Dausae* ejus successoris Passionis historiam, quae priori quidem Actorum nostrorum parti conformis videtur, si varia excipias additamenta, quae ab interpolatore, aut interprete Graeco inserta fuerunt.

Cui autem Christi anno respondeat tertius & quinquagesimus Saporis Regis annus, quo *Dausas*, & sociorum Captivorum caedem Acta nostra expresse consignant, id certe in dubium vocari non potest. Nam ex concordia Chronologorum calculo exploratum est, Saporem, anno Christi 309. exeunte, in utero matris Regem inauguratum fuisse: totque annos regnasse, quot vixit, septuaginta, nempe. Si itaque anno 309. addantur anni ejusdem Saporis Imperii, ac actatis 53. habebis annum Christi 362., ad quem propterea horum Martyrum caedes sine ulla controversia revocari debet. Atque hinc corrigendus est Theophanes, qui in Chronographia praesignatum Saporis annum 53. cum anno Constantii Imperatoris 19. atque adeo cum anno Aerae Christianae 355. perperam conjunxit. De die vero, quo iidem Martyres passi sunt, deque Ebedjesu Diaconi mortis genere, nihil certi ex Actis nostris, utpote in fine mutilis, conjici potest. Quocirca & Syna-

Ut & in Menologio Basiliano ad 6. Apr.

In Martyrologio autem Romano 9000. cum S. Ja.

Item Episcopi 22. & Clerici 20. praeter Monachos, & Virgines.

S. Ja perperam ab Eudocia distinguitur.

Martyrii temporis.

Corrigitur Theophanes.

ملاذنا لى حىضنا لى لى لى
 لى لى لى لى لى لى لى لى
 لى لى لى لى لى لى لى لى
 لى لى لى لى لى لى لى لى
 لى لى لى لى لى لى لى لى

quaeque fortiter toleremus, atque verum Deum, quem Caesar adorat, & in quo spem omnem suam repositam habet, piis obsequiis, castoque cultu demereamur. Et nos quidem nec inglorii, nec inviti ad constitutam nobis sedem perginus. Sed vae vobis! qui

in hisce fordibus contabuistis, & insuper univerfum Orientem, a vero Deo extorem, vagum, atque errantem in impiam disciplinam vestram cogitis, & plane pertrahitis. Adest quippe sceleris ultor Deus, qui superstitionem vestram dissipabit, vosque una cum illa funditus evertet, & artibus fallacisq; vestris per omnes Orientis Provincias finem imponet. Postremum hoc accipe, nos & hunc Christianorum coetum in sententia, quam praefatus sum, fixos esse, ac immobiles. Quod ergo in mandatis habes, cito & sine cunctatione exsequere.

Haec dixerat Daufas, quum continuo a Praefide iussi satellites, quinquaginta promiscue viros, & mulieres ad supplicium ducere adgressi sunt, simulque jugulare. Jam caeforum numerus ad septuaginta quinque supra ducentos pervenerat, quum praefentis neeis horrore perculli ceteri, in dedecus, & infamiam suam persequutoribus manus dantes, Solis sacris iniciandos se ultro tradiderunt. Quinque autem & viginti fuerunt promiscui sexus, quibus in proditae religionis mercedem assignatae in eodem monte sedes, quas ad hoc usque tempus tenuere.

Gladio caeduntur omnes, praeter viginti quinque Fidei desertores.

A S. Ebedjesu Diacono quidam SS. Martyrum corpora tumulo condit.

Adcidit heic, ut liçores Diaconum quemdam levi vulnere fauciatum perinde atque exanimem in loco relinquerent. EBEDJESUS is dicebatur, qui post solis occasum, ut se ab ea trepidatione collegit, in vicinum castellum prorepfit, ubi pauperem quendam virum offendit, qui faucium, in aedes suas deductum, benigne accepit, ejusque vulnera terfit, & adligavit. Postera die summo mane Diaconus hospitem suum, duosque ejus filios adolescentes ad locum caedis perduçtos, ubi Daufae Episcopi cadaver jaceret, docet; deinde Mariabi, & aliorum Presbyterorum corpora ostendit. Illico sublata in humeros cadavera, singuli singula gestantes, per ejusdem montis clivum ad aliquos passus progressi, exiguum antrum reperiunt. Ibi Martyrum Lipsana condunt, adgestoque lapidum tumulo os speluncae obstruunt: inde ad locum caedis reversi, quum Sanctum Diaconum humi projectum, orantem, ac plorantem invenissent, ibidem reliquerunt.

Venerant ad locum Pastores quidam Ethnici Patria Carmanitae, dum, ut fit, per herbosa montis juga pascut greges. Testabantur autem oblatam sibi per id temporis admirabilem speciem, in qua vidisse se ajebant Choros Angelorum descendentium, & rursus in Caelum conscendentium, eosdemque se audivisse eo in loco, ubi Sancti Dei Martyres ceciderant, Hymnos Deo occinentes. Quo viso mirum in modum conterriti, rem per omnes illas oras divulgant, seque Fidei Christianae dogmatibus imbuendis tradiderunt.

Pastores Carmanitae Angelos cernit, Martyrum viciniam Hymnis celebrantes.

19

Et Christiana sacra suscipiunt

Postea Ebedjesus, qui gladio percussus, ut ita dicam, revixerat, animas peccati veneno extinctas, ad vitam revocare adorsus est. Ac primum secum ipse statuit locum perpetuo habitare, in obsequium illorum sanctorum Corporum, quae inibi occubuerant. Jamque triginta dies ibidem exegerat, imbuendis pietate indigenis egregie occupatus, quum praedicti Castellii Dominus veritus, ne Beatus Diaconus incolas, a patriis erroribus revocatos, ad Christianam Fidem traduceret, nefario spiritu, qui pridem ipsum invaserat, instigante, comprehensum verberavit,

S. Ebedjesus loco in habitat, in quo Martyres occubuerant.

Versi incolas ad Christi Fide convertens ab ejusdem loci Domino exsulare jubetur.

& vinculis confectum ad quatrimum sub custodia detinuit. Postremo e suis terris exilium eidem indixit: At tu, inquit, si hinc migrare adueris, atque deinceps a tradenda ea, quam profiteris, disciplina, abstinueris, missus hinc abibis.

Quem protinus interpellans Diaconus: Ego contra, ait, fixum animo propositum habeo, nunquam posthac Sedem hanc mutare

Desunt nonnulla.

ADNOTATIONES.

(1) Sic incipit Martyrium Sanctae Jae, a Bollandianis die 4. Augusti editum; sed in Codice Vaticano 1671. ex quo illud depromserunt, annus Saporis Regis quinquagesimus, pro quinquagesimo tertio, qui in ms. Caesareo exprimitur, ex calligraphici certe incuria obrepit.

(2) *Beth-zabde*; Sozomeno lib. 2. cap. 13. *Zabdacus*, Authori Bibliothecae Orientalis tom. 3. par. 2. pag. 55. *Zebadaeus*, aliis vero in locis *Beth-zabde*. Menaeis *Bizabdes*; Bollandianis autem in Actis S. Jae ex Codicibus Vaticano, & Caesareo *Bizadeon*, & *Bizadeon*. Castrum, sive Civitas regionis Zabdicenae, quam recentiores Arabes *بكردام Bakerdam*, & *جزيرة Geziram* vocant: olim Episcopalis sub Metropolitano Nisibis, postea in Metropoli erecta, de qua haec clarissimus Valefius in notis ad hunc Sozomeni locum. *Erat locus iste in regione Zabdicena, quae una est ex quinque regionibus Transfigritanis. teste Ammiano Marcellino in libro 25. In ea regione Oppidum erat Bezabde, situm ad ripam Tigridis, quod Zabdacum hic vocat Sozomenus. erat autem regio illa sub ditione Romanorum, ex quo Narfesus, Persarum Rex, a Galerio superatus, quinque illas Regiones Romanis cedere coactus fuerat. Quamobrem Persae has Provincias a Romanis assidue repetebant, & continuis irruptionibus eas regiones vexabant. Hinc est, quod Dausus, ejus loci Episcopus, captivus abductus est a Persis.* Haec Valefius. Ceterum Zabdicena regio quum adhuc sub Romanis esset, sanctissimis Monachis claruit, qui Coenobia ibidem condidere: Johannes, nempe, & Achas Fratres, & Sabas, & Scialitas, Eugenii discipuli, quorum Monasteria in Beth-zabde a Mari, Amroque in compendio vitae S. Barbaelemi Seleuciae Catholici, & Martyris laudantur. Johas quoque, ejusdem Eugenii discipulus, qui Monasterium Anbarae exstruxit, Barfabas demum, qui posteaquam uxorem Saporis Regis, foreremque ejus a daemone, uti ferunt, liberasset, Maruae in Chorafana primus Episcopus fuit. Vide Affem. Bibl. Orient. tom. 2. & 3.

(3) Non solum Praefidiarios, sed & qui arma ferre poterant, jussu Saporis Regis trucidatos fuisse, Menaea tradunt. In Actis autem Sanctae Jae apud Bollandianos, quinquaginta circiter virorum, ac mulierum millia per eam occasionem a Persis caesa dicuntur.

(4) Martyrolog. Rom. & Menolog. Graecorum in Commemoratione S. Jae ad diem 4. Augusti novem Christianorum captivorum millia enumerant.

(5) *Dausus*; hunc Menaea *Desan*, Acta vero

S. Jae *Doffan*, & *Dofan* corrupte vocant. Id etenim nomen Chaldaicum est a verbo *דאס*, quod donare significat, deductum: atque adeo Dausan recte *Donatum* Latine dixeris.

(6) *Mariabus*, Sozomeno *Mareabdes*, Baronio ad ann. 344. *Mareamdes* Authori Astorum S. Jae apud Bollandianos *Mareabe*, & *Mareabi*, Nomen pariter Chaldaicum ex *ܡܪܝܘܢܐ* *Dominius*, & *ܡܪܝܘܢܐ* *dedis* compositum.

(7) In Actis S. Jae corrupte scribitur *Ouzainorum*, *Zainorum*, & *Fouzainorum*.

(8) Consonant Acta S. Jae; sed Menaea discrepant, quae Dausan, & Mariabum salvos cum sociis in Patria fuisse relictos, & nonnisi post Heliodori obitum captivos in Persidem abductos perhibent.

(9) *Stacarta*; perperam scribitur in Actis Sanctae Jae *Bisacer*.

(10) Ordinationem Episcopi non ab uno, sed a tribus Episcopis faciendam esse praecipunt Sacri Canones. Ad urgente Ecclesiae necessitate, ut in casu nostro, & furentibus persecutionibus, quarum causa praescriptus, ad consecrationem Episcopalem rite peragendam, nequeat haberi Episcoporum numerus, ab uno tantum posse Episcopum valide quidem ac licite ordinari docent Theologi omnes, varia hujusmodi Ordinationum exempla ex historia Ecclesiastica proferentes; inter quae celebre est illud Sancti Eusebii Samosatensis Episcopi, qui, teste Theodoro lib. 5. cap. 4. quum multas Ecclesias Pastoribus Catholicis orbatas intellexisset, habitu militari indutus, Mefopotamiam, Syriam, Phoeniciam, Palaestinam, & Cyprum peragravit, quo tum Presbyteros, & Diaconos crearet, tum alia Ecclesiastica obiret officia. Postea vero ab exilio reverfus, novos ordinavit Episcopos, Acaecium Beroeae, Theodotum Hierapolis, Eusebium Chalcidis, & Isidorum Cypri. Praeterea idem Theodoretus lib. cit. cap. 23. refert, Evangelium quarto Ecclesiae saeculo Episcopum Antiochenum a solo Paulino fuisse consecratum, & illam Evagrii consecrationem admiffam fuisse ab Occidentalibus, & Antiochenis, qui Eustathiani dicebantur, eo quod Eustathii successores, derelicto Meletio, adhaerent. Quin & Gregorius Magnus ab Augustino Anglorum Episcopo interrogatus: *Quot necessarii sint Episcopi in Episcopi consecratione?* Sic respondit: *Ut quidem in Anglorum Ecclesia, in qua adhuc solus tu Episcopus inveniris, ordinare Episcopum, non aliter nisi sine Episcopis potes, id est, solus potes; convenientior quippe est haec lectio, quam illa, quae habetur apud aliquos Scriptores, cum Episcopis*

scopis poses. Quare enim ista verba; Tu solus Episcopus inveniris, praemisisset Gregorius, si significare voluisset, Augustinum non potuisse, nisi cum aliis Episcopis Orientalium ordinare?

(11) Episcopi Episcopus, iter agentes, antiquissimum Altaris secum ferendi ulum etiam nun retinet; ut, scilicet, in eo iuxta veterem disciplinam possint extra Ecclesiam in locis ab eadem remotis Missam quotidie celebrare, vel saltem audire. Hinc Altare *Portatile*, seu *Vasticum* dictum, quod nihil aliud est, quam parva tabula lapidea, vel, ut plerumque apud Syros, lignea, ab Episcopo certo ritu consecrata. Qua de re consule Durand. de Ritibus Eccles. lib. 1. cap. 25. & lib. 2. cap. 6. ut & Card. Bonam de rebus Liturgicis lib. 1. cap. 20.

(12) *Menaea habent: Consecratis itaque laudibus, & orationibus, ab eadem Ecclesia Dei oblati. Menologium Basilii: Sed quum de more in Ecclesia offerretur Deo glorificatio. Acta vero Sanctae Jac. Dum autem abirent illi, in via, ex isto digressi loco, congregati sunt in loca quodam, & cantabant, ac Hymnos dicebant, glorificantes Sanctum Deum, singulis etiam diebus perscipientes illud ministerium.* Porro hujusmodi Collectas, saevientibus Persequutoibus, Christianos, ubicumque essent, jam inde ab exordio celebrare consuevisse, liquet vel ex Epistola S. Dionysii Episcopi Alexandrini ad Hieracem: *Quum, inquit, ab omnibus persecutione exagitati essemus, & morte multati, festum lactis animi celebravimus, & singula loca, & singula adfectionum genera nobis praestituta, ut ager silvestris, foliata deserta, navis, fluctibus jactata, diversorium publicum, & horrendus carcer, opportuna videbantur, in quibus celebres conventus maximo cum studio ageremus.* Hinc S. Cyprianus Epist. 4. Presbyteros, & Diaconos, furente Gallieno, monebat, ut caute & non glomerati ad carceres, in quibus Christi Confessores detinebantur, adcedent, & illuc offerrent. *Consulite, aiebat, & videte, ut cum temperamento hoc agi tutius possit, ita ut Presbyteri quoque, qui illac apud Confessores offerunt, singuli cum singulis Diaconis per vias alternent, quia & mutatio personarum, & vicissitudo convenientius minus invidiam.*

(13) *Adarphares Praefectorum princeps; Menaeis Adalpbar Archimagus, Authori Actorum S. Jac apud Bollandianos Adalpbar Magorum Princeps.*

(14) *Acta S. Jac: Qui inter Christianos primatum tenet.*

(15) *Eadem Acta continuo subjungunt: Haec tibi audisset Rex iussit, caput Beati Dossae Episcopi amputari. Inde vero Historiam Passionis S. Jac exordiantur.*

(16) *Provincia Darensum in finibus Assyriae, non procul ab Oxiana. Ejus Urbs praecipua Dara sive Darafa; unde populi Darenfes dicti: olim Episcopalis sub Patriarcha Chaldaeorum, ut ex Tabula Eliae Damasceni apud Asem. Bibl. Orient. tom. 2. pag. 459. constat.*

(17) *Quum S. Mariabus initio Aetorum diceretur Presbyter, heic vero, ut & apud Sozomenum Chorepiscopus, plane inde concicere licet, eum non nisi post Heliiodori obitum a S. Dausa Chorepiscopali dignitate fuisse insignitum. Porro de Chorepiscoporum nomine, origine, officii, & duratione nemo melius Joh. Morino differuit; quem proinde consule Par. 3. de Sac. Ordin. exercit. 4., ut & Asemannum Bibl. Orient. tom. 3. par. 2. pag. 426. qui doctissimas in id argumentum observationes ex autoribus praefertim Orientalibus depremtas, una cum Chaldaeis eorumdem Chorepiscoporum Ordinationis Ritu adiecit.*

(18) *Occidentis nomine Mesopotamiam, Syriam, aliasque regiones citeriores Syri intelligunt; Chaldaeam vero, Afsyriam, ac Persidem Orientem vocant.*

(19) *Carmaniae, idest, ex Carmania, seu, ut Arabes dicunt, كرمين Karman oriundi, quibus Thomam Apostolum Evangelium praedicasse, tradit Sophronius apud Hieronymum cap. 8. Carmania autem regio Asiae Majoris in Regno Persico, inter Persidem stricte sumtam & Indiam sita. Eam Geographi Orientales apud Abulphedam cap. 11. fol. 84. sic describunt. Carmania est inter Persidem, Segestanam, & Macran; ad Occasum habent Persidem, ad Meridiem Mare Persicum, ad Ortum terram Macran, ad Septentrionem desertum, quod illam separat a Cborasana, & Segestana. In Tabula Eliae Damasceni, Carmaniae Episcopus, cujus Sedes in Urbe Hormuz erat, sub Metropolitano Persidis ponitur. Sequiori aeo Carmaniae nomen ad Ciliciam transit: de quo vide Herbelot. Bibl. Orient. p. 255.*

AD MONITIO

In Acta Sanctorum Quadraginta Martyrum.

Quamquam Acta Sanctorum Abdae, & Ebedjesu Episcoporum, eorumque duodequadraginta Sociorum, nominatim in titulo recentiorum, quae ex Codice Chaldaico Nitriensi Vaticano II. heic proferimus, nusquam alibi invenire licuerit; ea tamen Graecos olim prae manibus habuisse, plane conjicimus tum ex Vita S. Bademi Coenobiarchae, quae sub Metaphrasis nomine apud Lipomanum tom. 7. circumfertur, cujus quidem initio iidem Martyres hisce designantur verbis: *Quo tempore Quadraginta illi Sancti Martyres interfeciti sunt, comprehensus fuit Bademus &c.* Tum vero ex eorumdem

Acta Graecis olim nota.

Mar.

Martyrum Elogiis, in Sacris Fastis ad diem xv. & xvi. mensis Maji relatis, quae si nonnullae compilarum Graecorum in ipsis praefertim Martyribus dinumerandis adlucinationes excipiuntur, cum Chaldaicis quidem hisce Actis adprime conveniunt.

Horum SS.
memoria in
Menologio
Basiliano.

Graecorum etenim Menologium, jussu Basilii Porphyrogeniti Imperatoris editum, Sanctos Abdam, & Ebedjesum, seu Abdiesum, Episcopos, qui & ab Hermia Sozomeno Hist. Eccl. lib. 2. cap. 13. prope finem, inter Praefules, sub Sapore Rege Martyres, recensentur, celebrat die xvi. Maji, quibus septem & sexaginta, Ebedjesu nempe triginta & novem, Abdae vero duodetriginta Socios assignat in haec verba. *Certamen Sanctorum Martyrum Abdae, & Abdjesu Episcoporum, & Sociorum. S. Abdjesus Episcopus in Perside, a proprio Nepote, qui Diaconus erat, denunciatus Regi Persarum, & comprehensus, unacum aliis triginta novem Christianis, ad ipsum adducitur. Interrogatus autem, Christumque professus, ad Fratrem Regis mittitur, ut ab illo tormentis subiceretur. Sed cum sermonibus Divinis redarguens, stupore adfecit, Quocirca funibus devinctus, atque inter ligna coarctatus est, ossaque ejus contrita. Deinde semimortuus in carcerem conjicitur, nullum per multos dies cibum degustans. Posthaec comprehensus etiam Abdas Episcopus cum viginti & octo viris, quorum alii Presbyteri erant, & Diaconi, & Sanctae Virgines, & Mulieres, in eundem carcerem detrusus est: ubi ab Episcopo Abdjesu edocebatur. Demum post aliquot dies e carcere extracti omnes capite plexi sunt. Hucusque Menologium:*

In Mensae
Graecorum.

In Menaeis excusis, & apud Maximum Cytherorum Episcopum tenue quidem horum Martyrum Passionis compendium habetur. At in perantiquo Synaxario Graeco ms. Ecclesiae Constantinopolitanae, a Bollandianis Latine reddito, quod Parisiis in Collegio Claromontano Societatis Jesu adservatur, accuratiori encomio eorumdem Martyrum memoria recolitur, iique omnes in titulo summatim Quadraginta, & quidem recte secundum Acta nostra, laudantur, in corpore vero sexaginta novem, juxta Basilii Menologium, perperam recensentur. Verba Synaxarii sunt haec. *Eodem die (xvi. Maji) Certamen Sanctorum Martyrum Abdae, & Abdjesu Episcoporum, & sedecim Presbyterorum, novem Diaconorum, & sex Monachorum, & septem Virginum, ex Patria Chabchara. Sanctus Abdjesus Episcopus constitutus in urbe Persidis Betb-Chabchar, a proprio patre circumventus fuit, & denunciatus Regi Persarum. Comprehensus est ergo, atque ad hunc deductus cum aliis novem & triginta Christianis. Interrogatus a Rege Christum confessus est: & cum dictis sociis triginta novem ablegatus ad Artab (sic Artascirum, seu Artaxersem vocat) Regis fratrem, ut ab ipso tormentis subiceretur. Ubi advenit, hunc sermonibus Divinis prudenter redarguens, stupore adfecit. Quocirca funibus devinctus, ac inter ligna coarctatus est, atque ossa ejus confracta. Ita & alii Sancti fuerunt tam vehementi violentia compressi, ut ex eorum ossibus sonus, crepitusque prodiret. Quo tormento septies de die fuerunt adhiecti: dein quasi mortui in carcerem projecti, nullo omnino, jussu tyranni, cibo concessio: accepto tamen pane & aqua, per aliquam mulierem per fenestram porrecto, Deum glorificaverunt. Posthaec comprehensus etiam Abdas Episcopus, cum viginti & octo Presbyteris, & Diaconis, & Virginibus sanctis feminis, in eundem carcerem detrusus est: unde extracti gravibus verberibus caesi sunt, & ora eorum lapidibus confusa, ac postea capita abscissa. Post aliquot dies eductus S. Abdjesus cum suis, & ipse capite plexus est. Haec tenus illud ms. Synaxarium.*

Eorum numero
ad 60 per
peram perdu-
ctus.

Eadem plane, sed ad xv. Maji, testibus Bollandianis, leguntur in mss. Menaeis Mediolanensibus Bibliothecae Ambrosianae, signatis litera O, & numero cxlviii. & duplicibus Regiis Taurinensibus, in quorum prioribus referebantur etiam ad xv. Maji; in alteris ad xvi. ejusdem mensis, uti & in Menaeis mss. Divisione in Collegio Societatis Jesu apud Petrum Franciscum Chiffletium repertis, quae in singulorum, prout in modo relati Encomii titulo enumerantur, laudes haec disticha subjiciunt.

Ἄμφω πρὸς τὴν αὐτὴν Μάρτυς ὁμμάτων,
Τομῆς κεφαλῆς καὶ βραχίονος ὄντι στίχων.
Ambo prae oculis, Martyr Abda, sunt tuis
Dator coronae Caelicae, & capitis sector.
Ἐνδύς ταυτῶν Ἀβδῆσος καὶ Ἰησὺς,
Ὅρατ' Ἰησοῦν ἀχρῆσθαι τὸν μύθον.
Gladio Abdjesus dum seipsum tradidit,
Videre Jesum redditus dignus fuit.

Τὸς ἱερεῖς οὐ ζώτης ἔλασε ζήσος,
 Τὴν ἱερὰν οὐ μὴ προσδόντων ἀξίω.
 Gladius necavit, Chrifte, sacerdotes tuos,
 Qui dignitatem non prodiderunt tuam.
 Τὸς τριακάνη φῆς λιύτιος πῆμυθῆς,
 Σπεφθεῖς θεὸς δις, οὐς ἀδύλατῶν λῆβεται,
 Ter tres Levitas capite multatos Deus
 Bis coronavit, uti lebetas aibletas.

Denique ad numerum septem Virginum, & sex Monachorum hoc disticho luditur.

Εἰ Παρθίνων δίδωκες ἐπὶ δάδα ζῆσιν.
 Πῶς ἢ παρήξῃ καὶ μοῆν τὴν ἐξάδα.
 Si cella septem Virgines gladio dedit,
 Senarium an non poterit & numerum dare?

In Menologio Sirleti, nulla de S. Abda, & sex Monachis facta mentione, sic ceteri laudantur. Eodem die (xvi. Maji) Commemoratio SS. Martyrum Audesi (imo Ebedjesu, seu Abdjesu) Episcopi, Presbyterorum sexdecim, Diaconorum novem, Virginum septem ex Patria Charchar.

In Menologio Sirleti.

Martyrologium autem Romanum ad praefignatum diem xvi. Maji, haec habet. In Perside SS. M.M. Audae Episcopi, septem Presbyterorum, novem Diaconorum, & septem Virginum, qui sub Isdegerde Rege variis tormentorum generibus cruciati, gloriosum Martyrium compleverunt. Additque ibidem Baronius in Notis: hunc & Abdam dici, deque eo, & Sociis hac item die agere Gvaetos in Menologio, necnon & pridie Kal. Aprilis. Verum adluccinatur cum Martyrologio Romano Baronius. Nam S. Abdas, de quo agimus alius omnino est ab illo Abda, cujus memoriam Graeci in Menologio recolunt die 31. Martii, & cujus causa Persequutionem fuisse ab Isdegerde excitatam, scribit ex Theodoro idem Baronius. Idque patet vel ex eo, quod nec ille socios heic recensitos habuisse perhibetur, nec Abdas noster sub Isdegerde, ut ille, sed sub Sapore Longaevo passus est. Unde depravatam esse hanc Commemorationem, & non Abdam cum alio incaute a Baronio confundi, nemo non videt. Hos denique Quadraginta Martyres eos esse autumat Henschenius & Ruinartus in admonitione praevia ad Passionem S. Bademi, quos vulgata Martyrologia Latina die x. Martii in Perside coronatos concelebrant. At eruditissimis ceteroquin Viris minime consentimus. Nam praeterquamquod Martyres quadraginta, de quibus sermo est, mense Majo occubuerunt, atque adeo non nisi perpetam eorum memoria ad diem Martii decimum revocaretur: in Martyrologiis Latinis non quadraginta, ut Ruinartus supponit, sed duo supra quadraginta in Preside Martyres eo die recoluntur.

Et in Martyrologio Romano.

Card Baronii adluccinatio.

Corrignatur Henschenius, & Ruinartus.

Illustres porro hi Martyres passu dicuntur anno Persequutionis 36. qui in annum Saporis Regis 66. Christi 375. competat, necesse est, quum, ut alibi ostendimus, ea Persequutio anno ejusdem Saporis 31. Christi 340. mora fuerit, mense autem Majo, diversis tamen diebus. Nam, ut Acta tradunt, S. Abdas Episcopus unacum duodetriginta Sociis Ledan Huzitarum in Urbe feria sexta, Luna Maji xv. quae eo anno in solarem ejusdem mensis diem 28. incidit, gladio caesus est, quem eodem die, eodemque loco ad coronam sequuti sunt Barhadbesciabas, & Samuel fratres; postero die Ebedjesus Episcopus, & Abdallahas Presbyter. Septem vero Virgines ex Urbe Ledan Lapetam perductae, Luna ejusdem Maji xxii. Martyrio perfunctae sunt.

Martyrii tempus.

אֲחֵרֵי הַיָּמִים

דְּאֵפְרֵסֵי לְטוֹסָהּ חֵטְא . דְּחַבְרָא דְּבִיבְרַתְוֵיהּ אֲדִינְהָ אֲרָא :
מִבְּרַתְוֵיהּ מְעַלְמָא מַלְאִכָּי מִבְּרַתְוֵיהּ אֲרָא מִבְּרַתְוֵיהּ מַלְאִכָּי
מִבְּרַתְוֵיהּ מַלְאִכָּי מִבְּרַתְוֵיהּ מַלְאִכָּי .

וְאֵלֵיהּ אֲבָרֵיהּ חֵטְא :

וְאֵלֵיהּ מִבְּרַתְוֵיהּ מַלְאִכָּי מַלְאִכָּי מַלְאִכָּי מַלְאִכָּי מַלְאִכָּי
מִבְּרַתְוֵיהּ .

וְאֵלֵיהּ חֵטְא חֵטְא :

חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא

וְאֵלֵיהּ חֵטְא חֵטְא :

חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא

וְאֵלֵיהּ חֵטְא חֵטְא :

חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא

A C T A

SS. *Quadraginta Martyrum*, *ABDAE, & EBEDJESU Episcoporum;*
ABDALLAHAE, SIMEONIS, ABRAHAMI, ABAE, AJABELIS, JOSEPHI,
HANI, EBEDJESU, ABDALLAHAE, JOHANNIS, EBEDJESU, MARIS,
BARHADBESCIABAE, ROZICHAEL, ABDALLAHAE, & EBEDJESU,
Summatim sexdecim, omnium Presbyterorum.

ELIABI, EBEDJESU, HANI, MARJABI, MARIS, ABDIAE,
BARHADBESCIABAE, SIMEONIS, & MARIS,

Summatim novem, omnium Diaconorum.

PAPAE, EVOLESI, EBEDJESU, PHACHIDI, SAMUELIS, & EBEDJESU,
Summatim sex, omnium Monachorum.

MARIAE, TATHAE, EMAE, ADANES, MAMAE, MARIAE,
& MARACHAE,

Summatim septem, omnium Virginum Deo Sacrarum.

ANNO PERSEQUUTIONIS NOSTRAE TRIGESIMO SEXTO .

Anno Sapoyis II. Perfirum Regis 64. Persequutionis 36. Christi 375.

Scriptoris Prologus.

DICERE meditantem, me meorum conscientia scelerum deterret; spes fructus contra silere vetat. Timor conantem repellit, & hortatur ad silendum; amor vero excitulatur, & ad eloquendum impellit. Alter judicium intentans: Ne audeas, ait, alter segnem increpans, subdit: Cave, ne negligas. Alter ad luctum ex male actae vitae aegritudine revocat: alter ad cantum, Domini miserationes re-
prac-

דְּאֵפְרֵסֵי לְטוֹסָהּ חֵטְא . דְּחַבְרָא דְּבִיבְרַתְוֵיהּ אֲדִינְהָ אֲרָא :
מִבְּרַתְוֵיהּ מְעַלְמָא מַלְאִכָּי מִבְּרַתְוֵיהּ אֲרָא מִבְּרַתְוֵיהּ מַלְאִכָּי
מִבְּרַתְוֵיהּ מַלְאִכָּי מִבְּרַתְוֵיהּ מַלְאִכָּי .
וְאֵלֵיהּ אֲבָרֵיהּ חֵטְא :
וְאֵלֵיהּ מִבְּרַתְוֵיהּ מַלְאִכָּי מַלְאִכָּי מַלְאִכָּי מַלְאִכָּי מַלְאִכָּי
מִבְּרַתְוֵיהּ .
וְאֵלֵיהּ חֵטְא חֵטְא :
חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא
חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא
וְאֵלֵיהּ חֵטְא חֵטְא :
חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא
חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא חֵטְא

legerat, hominem bene moratum, sibi-
que fidissimum arbitratus: adeo ille vi-
ri probi personam ementiri, atque la-
tentem nequitiam pietatis specie co-
honestare noverat, Giezi similis, ma-
gistro imponebat. At ut ille fur, sic iste
adulter a vindice Dei justitia, secreta
istiusmodi veteratorum crimina diu la-
tere non ferentis, tandem deprehen-
sus, palamque convictus est. Mulier-
culam quandam in deperire coepit, cu-
jus amore captus, atque misere irreti-
tus, in turpe crimen postremo pertra-
ctus est. Quod adolescentis flagitium
minime latuit sanctissimum, castissi-
mumque Episcopum, ejusdem educa-
torem. Quare aditum ad se juve-
nem acriter increpuit, palam convi-
ctum reum redarguit, poenaque illi
pro criminis gravitate imposita, ipsum
Sacri Ordinis usum interdixit.

At ille perditissimus homo secum
ipse statuerat, ut in scelere suo persi-
stens, legem quidem infringeret, nec
tamen ab Altaris Ministerio arceretur;
sed hujuscemodi impunitatem a pio,
& justo Pontifice impetrare nequivit.
Tunc enimvero irquit in ipsum, qui
pridem eum occupaverat satanas, eo-
que, quo ipse aestuat, superbiae spi-
ritu illum invasit, traxitque in errorem
mortis, & facile persuasit, ut ad infer-
ni castra transfugeret. Seduxit quippe
eum, atque a ratione deiecit artibus
suis. Quibus miser captus, ad Beth-
Huzitarum loca profectus est, adjitque
Regem, quem hunc in modum est ad-
loquutus: Habes, o Rex, in regione
Cascarehorum nefarium quendam vi-
rum (Ebedjesum vocant). Christianis
iste nunc praeesse, fertur, suorumque fa-
cinorum conscium, atque ministrum
habet quendam ABDALLAHAM Presbyte-
rum. Ambò Romanorum explorato-
res suscipere dicuntur, ipsisque Regni
tui secreta quaeque consilia aperire.
Caesari praeterea epistolas scriptitare,
& quae

هوذا قد جلبت هذه سمعي، قد جلبت :
تحت اليد من تحت يدي : هي هذه
هذه اليد التي تحت يدي من تحت يدي :
هذه اليد التي تحت يدي من تحت يدي :
هذه اليد التي تحت يدي من تحت يدي :
هذه اليد التي تحت يدي من تحت يدي :
هذه اليد التي تحت يدي من تحت يدي :
هذه اليد التي تحت يدي من تحت يدي :
هذه اليد التي تحت يدي من تحت يدي :

من هذا القدر، وقد سجدت له في
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :

من هذا القدر، وقد سجدت له في
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :
الذي قد فعلت له، الذي قد فعلت له :

Mox stupri
reſu Sacri Or-
dinis uſu in-
terdixit.

S Ebedjesus
cum Abdalla-
ha a Nepote
adſcultatus.

متعجب لقتة كذا جاقلي تسمى
 لمعنى سمه جب سنق جاقليه
 جاقلي متعجب سمه متعجب : متعجب
 جب جسيت امد لعهد ملر قللك :
 جاقلي عتجا هانقلبي ائخذة لعنسى
 محمدج لا اله الا الله : هالعابجه :
 توجب الامضا سمه متعلمي :
 هامة لس مللك : امه نقهلس
 لسلك سمه اذنا جمعد : ببل سمه
 سمه تذا اجبل هامة لس : امه
 ائقهمه سمه سمعته همتعلمي
 قللك هال كمد امه انا امه
 ان لس : هالعابجه لس هفظ
 فقده مصنف قتل مصف لهلك
 لعنسى لعلمه سمه .

حجا جب ائقهمه جمعد
 مجبلا حه سمته لعقده جمعد :
 بع سمه لعقده جاقلي ح لا
 ذلعب سمه جب مللك اعابجه
 لعنسى : هالعابجه سمه حجا
 سمته جمعد بعك سمعده جاقلي
 جمعد امه سمه حس : متعجب ح
 جمعب بل سمه حجا ائقهمه
 سمه هامة هالعابجه : هالعابجه لعقده
 جمعد هالعابجه لس : حه سمه
 هامة : جينا سمه سمه سمه
 ذك جمعب مچ جمعد سمه
 سمه سمه : هامة سمه منقذ فمعد
 لذك : هالعابجه ذك سمه جاقلي جمعد
 سمه جمعب ائقهمه : هالعابجه
 حلسه هلك انا سمه حجا جمعد
 جمعد ذك : مچ لمعنى سمه
 حلسه حجا ذك سمه حه سمه
 هالعابجه سمه جمعد .

هامة سمه حجا ائقهمه
 سمه سمه ائقهمه : سمه سمه
 انم : هالعابجه سمه هامة : جمعد
 سمه انم هالعابجه سمه ائقهمه
 لعده : هالعابجه سمه لاسلك
 هامة سمه سمه سمه سمه
 ح

& quae in nostro Oriente geruntur,
 nunciare. Tua insuper edita nauci fa-
 ciunt, legefque conculant impune.
 Quid? quod nec Solem, aut Lunam,
 aut Ignem, aut Aquam Deos esse cre-
 dent, quin etiam eosdem superbe irri-
 dent, usque insultant.

Delatoris verba adripuit avide
 Rex, & Artasciro, Hadiabi Regulo,
 gravissima oratione mandavit, ut con-
 festim reos comprehendi curaret, atque
 ea de re acrem, & severam quaeftionem
 haberet, scelerisfque ejusmodi au-
 thores tamdiu torqueret, donec inte-
 gram facinorum confessionem expri-
 meret: postremo eosdem religionem
 mutare, suumque Numen ejurare com-
 pelleret. Artascirus, ut qui ex imo pe-
 ctore crudelitatem anhelabat, e vesti-
 gio missis satellitibus sanctos Martyres
 comprehendi, vinciriq;e jubet, mox
 quantocius ad suas aedes in subur-
 banum Civitatis Lapetae locum per-
 duci. Tum vero hisce adortus est.
 Regulus. Quinam stis edicite? Mar-
 tyres. Christiani sumus. Reg. Si Chri-
 stiani estis, Regis Regum hostes vos
 esse, dubio procul inferendum. MM. Nos
 minime Regis hostes sumus; sed ipse
 nobis iniquus est, qui cum Deo nostro
 inimicitiam gerit, ejusque veris cultori-
 bus infestus est, & ultima intentat sup-
 plicia. Reg. Quae a vobis lubet nunc
 ediscere plane, & aperte loquimini,
 alioquin acerbissimo vos supplicio in-
 terimendos esse intelligite. MM. Ut
 veritatem semper amavimus, sic nos
 mentiri nunquam non puduit; qui ergo
 nos modo non pudeat? At tu, cui
 multiplex, ac tortuosum ingenium est,
 age fabricare dolos, & incautis obten-
 de laqueos: id enim est moris tui.
 Quodlibet praeterea mortis genus in
 nobis experire; paratissimos, nempe, ad
 doquidem vos omnes veritatem neuti-
 quam novistis. Contraria vestris dog-
 mata praefecit Doctor noster, dili-
 gente utique vitam, quam vos mortem
 nominatis; illam contra mortem exfe-
 crari, quam vitam dicitis.

S. Aithilahas
 Solem adora-
 re, sanguinem
 comedere, &
 nubere frustra
 jubetur.

Ejus constan-
 tia.

Praefectum
 ejusque sectae
 alumnos, non
 autem Chri-
 stianos insani-
 te ostendit.

Supplicium
 immane subit.

Tum vero Tyrannus, quam ha-
 etenus continuerat, iram totam exse-
 ruit, praecipitque licitoribus, ut B.Mar-
 tyris manus sub genibus obligarent;
 mox ipsum B. Martyrem magnae trabi
 a scapulis per manus eo, quo diximus,
 modo conligatas traductae subjicerent,
 premerentque exstantia hinc atque in-
 de trabis extrema duodecim viri. Ge-
 nus certe tormenti, quod Senis corpus,
 singulosque artus acerbissimo, immani-
 que

...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...
 ...
 ...

...
 ...
 ...

٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :
 ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ : ٥٥٠٠ :

que cruciattu distrahebat . Inde itur ad
 flagra : laceratur diuturna flagellatione
 B. Martyris corpus, dum ille mira con-
 stantia Praefecto insultans, impurum
 canem adpellare non dubitat,quem san-
 guinem lingere delectaret, & obsecnum
 corvum , qui cuiusvis generis carnibus
 incubare confueviffet . At contra Ty-
 rannus adversus insultantem infrendere
 dentibus , infremere , objurgare carni-
 fices , eisdemque ignaviam exprobare,
 ut qui homini loquendi potestatem adimere
 haecenus nequaquam valuiffent ,
 nedum audaciam frangere , Debilitatis
 ea immani verberatione offibus , luxa-
 tis, disruptisque juncturis, membrorum
 quoque usum S.Martyr amiserat, adeo
 ut illum gestari necesse fuerit , atque
 ad socios in carcerem reportari .

Flagris diris-
 sine caesus in
 carcerem de-
 truditur .

Quinto post die rursus Beati Mar-
 tyres e carcere ad quaestionem produ-
 cuntur,quam in proximis hortis habuit
 Praefectus hunc in modum : Necdum
 fortasse nequissimam illam opinionem
 deposuiffis , o pessimi veneficiorum fa-
 bricatores , nec vobis adhuc , o miseri,
 persuasum est Regiis edictis obtempe-
 rare ? Cui unanimi Beati Martyres voce :
 Una tribus convenit mens, eadem-
 que optima , unus animus, isque mini-
 me fictus , & una fides , eaque rectissi-
 ma . Et quoties hujuscemodi quaestio-
 nem adversus nos instauraveris , con-
 stantes, certosque in eadem hac senten-
 tia reperies ; fixum quippe est iniquif-
 simi Regis edicto nequaquam cedere .
 Tu vero pro tuo factu atque contuma-
 cia exfere adversus nos, quas voles, vi-
 res, quasve potes . Tunc jubente Prae-
 fecto , carnifices funiculis lineis proje-
 ctos humi Beatos Viros confringunt ;
 admovent cruribus , feinoribusque at-
 que lateribus singulas singulis fudes ,
 quae a ferocissimis lictoribus trahebantur
 ea cum immanitate , ut incredibili
 cum Martyrum dolore dissilientium of-
 fium fragor inaudiretur . Quumque in-
 ter

Martyres una
 simul iterum
 ad quaestionē
 producti , ne
 hilum quidem
 a sententia
 decedunt .

Novis, iis-
 que acerbis-
 sime cruciatu-
 bus torquen-
 tur .

ter vehementissimos dolores Beati Martyres ab iis, qui quaestioni praeerant, ad faciendam Regis imperata, modo vivere cuperent, identidem provocarentur, illi contra vultu atque voce constantes conclamabant: Uni Deo confidimus, & Regis edicto non parebimus. Sic per omne tempus, quo acerbissima ea quaestio duravit, continuis incrementis aucta est victoriac, atque triumpho gloria; per singulos quippe dies ab impurissimis tortoribus graviori semper suppliciorum genere vexabantur, verberibus, fame, siti, aliisque cujusvis generis aerumnis misere conficiebantur; quum interim nec cuiquam fas esset illis inferre recentes vestes, nec lectum, aut panem, aut opsonium subministrare. De hac enim re severissimo Praefecti edicto cautum fuerat, imposita etiam multa, ut deprehensus in flagranti crimine reus quicumque centenas plagas ex numero acciperet, atque manibus, nasoque truncaretur. Cogebantur idcirco alii, qui in eodem carcere erant, oberrare per domos, cibumque, ostiatim emendicatum, illis adferre, id praefertim procurantibus carceris custodibus, quorum mitis, & misericors animus afflictorum Martyrum aetate jam gravi non mediocriter movebatur.

Inter ejusmodi carceris aerumnas triennium exactum est, quum in Mediam venisse Regem nunciatum fuit: quam per occasionem ab eodem Praefecto e publica custodia omnes educuntur; neque homines dixisses, sed humanae figurae vestigia, adeo ut immitis etiam animi homines ad misericordiam flecterentur, eisque lacrymas excitarent, qui Beatos Viros in iis miseriis atque ignominia versari contuerentur. E carcere ad Regis Palatium perducti, ante Adarfarorem, Praefectorum Provinciae Universi Orientis principem, sistuntur; eundem tamen adorare recu-

farunt.

من عذابي : مدلسوم معدل شع
 تمتدنا من مدلسوم شه دولا سوه
 الاممنا : مدد اسج له مخه لقع
 صمصم : فمد اميد له شه شه
 ذعنل . دلنسه جخد انه يخل
 دملل كمد انه لاهوم صمصم
 لرحمد ذل صمصمنا : شه جب
 لمتل اميد له دهلل , دمدل سد
 دهمدمل دامجمل ال انه تمتل
 لامج تلسمو الامملا لا دمدمم انه
 حر صمدل انه لالنل جخد صمل
 اذله ههلل انه لمدل خفاشه
 جسمعل جذ انه حدس : مههلل
 امه مدل انه شع حر جسمل دممدل
 ماق جمل لمدم جمل ملمدل ال
 انه لمدم دمدملا خفاشه لملسه
 مدقل دلمدمم : امه له شه . عخل
 الامملا حر لا يخل انه : دمدملا انه
 لمتل شه اسل لملسه . عخل
 دلمم : مهسل صمدل صمص اسل
 لوقل دلمم خافي . انلمم خذل
 دلمم صمصم صمدل جمل دلمم
 صمدل لا مدلسل دلمم صمدل
 لمدم دمدممنا صمصم
 تممدل انه .

شعب هذا اذذعمه لاذذعمه
 مدهلل دمدم : امه له دلنسه
 جسمل لمتل له لقسسه جذ اميد
 الاممنا : دمدم نامم من امجا
 خذل مخ دلمم جملسه : مملله
 انه دلدل خفاشه انم ملا خفاشه
 انم : خذل : الامم له شه جب لذل
 صمقل جسمعل انم جسمل . مد
 صمقل شه له انه انه لرحمدنا
 دمدم له شه شه صمل دمدم :
 شه دلل خذل صمصم شه له شه
 خلسسه جمملا : لا بللم من صمدل
 دللمسه همدل دمممه :
 مهمل دلمم شه له له شه شه
 شه له شه من صمدل خفاشه دملم
 مهمل

Exaño in carcere trien-
 nio, sistun-
 tur Adarfa-
 pori Topar-
 charum Ori-
 entium prin-
 cipi.

9

٥٥٥ ٥٥٥ اير جلتفيله ملتلكه انا انا
 لني لاذكنا مجيبه انه كنا
 اهلنا : عجب ٥٥٥ جپ تنجلا اير
 تلجا عقبه لاجملا حسنتل
 متجب تنم : اهلنا اهلنا جانا
 مچ تنم ملقنم لا نهد لاهم.
 انا لانا جپ سا فانا حسنتل
 انا انا تنم حسنتل حسنتل
 لاهذنا تنم جسد مچ ملعجب
 انا جمدت جعبه لهتفده جالتل
 ملعتل اهلنا جملد معسل
 فناهلنا تنم كالتفيل تنم
 فناهلنا تنم مچ جالتل : جپ جپ
 عجبنا تنم السته هتفده جالتل
 عجبنا تنم لاند كنا اهلنا له
 محنا منم مسنا تنم عجبنا
 هنانا مللنا تنم جنقم لهتم
 انا لانا انا : انا عجبنا تنم
 عجبنا تنم ملعبله انا انا انا
 لانا تنم انا : انا انا انا
 عجبنا تنم انا تنم ملعبله
 تنم انا تنم ملعبله تنم لانس.
 معقنا انا جلقنا تنم ملعبله :
 محنا تنم سبلنا انا ملعبله تنم
 جلقنا تنم ملعبله تنم ملعبله
 عجبنا انا جلا انا ملعبله : انا
 ملعبله انا انا تنم لانا انا انا
 معقنا انا جلقنا جلقنا انا
 انا تنم لانا انا ملعبله ملعبله
 فانا : انا مچ سا انا ملعبله انا
 ملعبله انا جلقنا انا ملعبله
 ملعبله انا : انا تنم انا ملعبله
 ملعبله ملعبله انا انا ملعبله
 ملعبله ملعبله انا انا ملعبله
 ملعبله ملعبله انا انا ملعبله :
 ملعبله انا : انا جلقنا انا
 انا ملعبله : انا ملعبله
 ملعبله ملعبله انا انا ملعبله
 ملعبله ملعبله انا انا ملعبله :
 ملعبله

farunt. Heic primum adsidente Proce-
 rum, atque Praefectorum amplissima
 corona, interrogantur in hunc modum:
 Christiani num sitis edicite? Tum San-
 cti Martyres: Ita est; Christiani sumus,
 & unum Deum, universonum opifcem,
 ac Dominum colimus. Senes vos esse,
 subdit Praefectus, variisque incommodis
 conflictatos fuisse, ex vultu agnosco.
 Quamobrem admonedo, ne in vol-
 untariam mortem ruere continuo velitis;
 sed Solem adorantes, ac Regi obse-
 quentes, de vestra salute meliora sta-
 tuatis. In eos enim, qui vestram abji-
 cere Religionem pervicaciter recusa-
 verint, capitalis sententia est constitu-
 ta. Tum vero Aceptimas: Multum profecto
 tibi laborandum est, si tamen in
 ea perstas sententia, ut per istam, quam
 obtines, sacrilegam potestatem cuiquam
 nostrum pessimum ejusmodi errorem id
 te persuasurum, confidas, quamquam im-
 moliri non cesses. Quid ergo nos inca-
 ssum remoraris? Quin tormenta ex-
 pedis? Quin adproperas supplicium?
 Nihil nos minae movent tuae, nec ulla
 nos compellet formido, ut Regis edicto
 obsecundemus, veramque in Deum
 nostrum fidem, seu vita suppetat, siue
 objiciatur mors, nefarie abjiciamus.
 Quibus rursus Praefectus: Mors reos
 poena solvit, Quare mortem a vobis
 optari non miror. At ego extorquebo
 a vobis non vitam, sed poenam; neque
 vitae vestrae finem ponam, priusquam
 vitam, perinde ac mortem vobis gra-
 vem ac molestam effecero. Quod mi-
 ferrimum vitae genus nunc quoque, in-
 felices, exigitis. Postremo tali vos ad-
 ficiam supplicio, quod sectae vestrae
 alumni venefici horrescant. Ad haec
 Aceptimas: Frustra intentas, quas neu-
 tiquam illumus, minas, tormenta, fer-
 rum: illum quippe Deum nobis adsu-
 turum, speramus, cujus vi, atque ope
 nobis constitit invictus, aequabilisque
 animus, nullatenus plane motus in
 ac-

Eorum confesio.

Unus Deus Universonum Opifex, ac Dominus.

S. Aceptimas Judicis munus continet.

Dens univer-
si Orbis Opi-
fex .

qua sunt . Nec enim fas est, a Deo, uni-
versi Orbis Opifexce , ad res ab ipso fa-
bricatas mentem defletere . Quae au-
tem ipse statueris exsequere , ut lubet ,
Tunc Praefectus, actuante ira infans,
iussit , hunc similiter a triginta viris in
diversa suspendi , simulque a lorariis
atrocissime caedi, donec, conscissa ubi-
que cute, in unius vulneris speciem to-
tum undique corpus cruentatum vide-
retur . Ipsum autem cohortantibus, qui
huic carnificinae aderant spectatores,
atque admonentibus, ut libertatem, &
salutem Regi obsequendo redimeret ,
S, Martyr respondit ; Unus est Deus ,
& praeter hunc nullus . Una est fides,
una veritas, quam nos tenemus, ac pro-
fitemur . Tres sumus socii , & in una
constamus voluntate, atque sententia ,
Quumque nullatenus tormenta inter-
mitterentur , & acrius tortores invale-
scent, impedita inter plagas naturali
spiritus reciprocatione , compressaque
cordis palpitacione exspirasse creditus
est ; quocirca licetoribus acquiescenti-
bus, cadaveris instar, procubuit ; mox
ex eo loco raptatus, extra muros pro-
jectus est . Paullo post , quem adhuc
spirare deprehensus fuisset, additi fatel-
lites, qui ad ejus custodiam excuba-
rent .

Saevisimo
torquetur .

Extra muros
projicitur .

S. Aithilahas
ad Praefectū
ducitur .

Interea fortissimus Aithilahas ad
Praefectum ducitur , qui B. Senem
praefentem intuitus ; Tu vero, inquit,
nisi te delectat adhuc dogma illud fla-
gitiosum, quod socios tuos ad exitium
protraxit , agedum Regiis edictis pa-
roto , & Solem adorato . Quae si feceris ,
non modo imminentem mortem
declinabis, sed honores a nobis conse-
queris , Cui Aithilahas: Miror, ait , te
excaecata usque adeo esse mente , &
tam procul abesse ab omni rationis ves-
tigio , ut te mihi jumento similem
praebeas , intelligentia pariter, atque
sensu destitutum . Ceterum posteaquam
illi, qui graviori erant aetate, & longe debi-

Sociorum ve-
stigis se in-
haerere velle
impavido ob-
scelatus .

Deus est, unus est Deus, et praeter
hunc nullus. Una est fides, una
veritas, quam nos tenemus, et
profitemur. Tres sumus socii, et
in una constamus voluntate, et
sententia. Quumque nullatenus
tormenta intermitterentur, et
acrius tortores invalescerent,
impedita inter plagas naturali
spiritus reciprocatione, compressa
que cordis palpitacione exspirasse
creditus est. Quocirca licetoribus
acquiescentibus, cadaveris instar,
procubuit. Mox ex eo loco
raptatus, extra muros projectus
est. Paullo post, quem adhuc
spirare deprehensus fuisset,
additi fatellites, qui ad ejus
custodiam excubarent.

ad imperata facienda vel invitos cogere, sicut gentes, quas ille, tuque subjugastis? Sed contra Provinciam istam decrevit tibi homini ignavissimo, qui vel ad obstreptentis folii sonitum contremiscis. Eecur cum viris in sylvas venatum ire non libuit, iners, sed negotium facis tuum turpe cum feminis otium? Erubescere, miser, & pudeat infamii officii; non enim debellaturus rebellantes a Rege populos dux venisti, sed Christianis quibusdam in vera Religione minus tenacibus, quam deceat fortiter agentibus, atque meticulosis defectionem a vero Deo suafurus. Sed perdis operam, si mortiferum fel istud nostris auribus infundere te posse putas; Deum quippe nostrum amare ratum nobis fixumque est. Tum Praefectus: Venefice, inquit, impie incantator, ecquidem, quae tu maledicta, conviciaque in me congescisti, patienter feram; tu vero speras, me tibi caput ocium amputaturum, ablataque semel cervice diuturniores cruciatus te evasurum; at haec differre nunc lubet, quamdiu opportunior se dedat occasio. Tunc demum, quae in mandatis habeo, exsequar. Sanctus Martyr respondit: Intellico, quod animo vulvis in nos, bellum, aspidi licet surdae, & in morsum imminente similis, dissimules. Hoc indicat pallor corporis, qualis esse solet viperarum, quum se ad perniciem provocant. Quin tu, dolorum fabricator, artem tuam profers? Quin potentiam auctoritatemque tuam explicas? Exferre jam lethale ferrum, & pectoris tui acerbas curas nostrum innoxio cruore tempera. O qui supplicio, & poenis additus es sempiternis! Me, oro, quamprimum ad mortem amanda, & spoliis onustum optimis ad sedes transmittito, quas exspectamus Christiani, ut simul omnes contendamus ad illud Regnum, cujus potentia vestrum Imperium dissipabitur, & caducae vires

200
 A C T A
 ad imperata facienda vel invitos cogere, sicut gentes, quas ille, tuque subjugastis? Sed contra Provinciam istam decrevit tibi homini ignavissimo, qui vel ad obstreptentis folii sonitum contremiscis. Eecur cum viris in sylvas venatum ire non libuit, iners, sed negotium facis tuum turpe cum feminis otium? Erubescere, miser, & pudeat infamii officii; non enim debellaturus rebellantes a Rege populos dux venisti, sed Christianis quibusdam in vera Religione minus tenacibus, quam deceat fortiter agentibus, atque meticulosis defectionem a vero Deo suafurus. Sed perdis operam, si mortiferum fel istud nostris auribus infundere te posse putas; Deum quippe nostrum amare ratum nobis fixumque est. Tum Praefectus: Venefice, inquit, impie incantator, ecquidem, quae tu maledicta, conviciaque in me congescisti, patienter feram; tu vero speras, me tibi caput ocium amputaturum, ablataque semel cervice diuturniores cruciatus te evasurum; at haec differre nunc lubet, quamdiu opportunior se dedat occasio. Tunc demum, quae in mandatis habeo, exsequar. Sanctus Martyr respondit: Intellico, quod animo vulvis in nos, bellum, aspidi licet surdae, & in morsum imminente similis, dissimules. Hoc indicat pallor corporis, qualis esse solet viperarum, quum se ad perniciem provocant. Quin tu, dolorum fabricator, artem tuam profers? Quin potentiam auctoritatemque tuam explicas? Exferre jam lethale ferrum, & pectoris tui acerbas curas nostrum innoxio cruore tempera. O qui supplicio, & poenis additus es sempiternis! Me, oro, quamprimum ad mortem amanda, & spoliis onustum optimis ad sedes transmittito, quas exspectamus Christiani, ut simul omnes contendamus ad illud Regnum, cujus potentia vestrum Imperium dissipabitur, & caducae vires

١٠١ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١٠٢ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١٠٣ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١٠٤ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١٠٥ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١٠٦ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١٠٧ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١٠٨ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١٠٩ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١١٠ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١١١ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١١٢ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١١٣ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١١٤ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١١٥ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١١٦ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١١٧ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١١٨ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١١٩ : اذنا اذنا اذنا اذنا
 ١٢٠ : اذنا اذنا اذنا اذنا

res fractae demum succumbent .

Tunc Praefectus , B. Martyrem
 inverso capite per pedum pollices sus-
 pendit , jubet : mox a licitoribus praeter-
 ita flagellatione proficiffa membra ner-
 vis , & loris crudis acerbissime iterum
 caedi , donec sancti Senis tergum , co-
 stae , & pectus sanie atque sanguine dis-
 fluerent , plurimis , qui spectatores ade-
 rant , prae ejus cruciatiibus ac dolore
 uberrime inlacrymantibus . At Magi
 haec interim Beato Viro infufurrabant :
 Si forte , universo hoc hominum coetu
 spectante , palinodiam canere te pud-
 det , ocius in Ignis delubrum te impor-
 tabimus , ibique remotis arbitris clan-
 culum adorato Sole , libertate donaberis .
 Verum S. Martyr impii consilii auctores
 severe repulit , alta voce inclamans :
 Abscedite hinc , Igni devota capita ,
 qui Ignem diligitis , ipsi Ignem alite ,
 vos olim voraturum , eique in-
 servite , dum per tempus licet .

S. Joseph per
 proin polli-
 ces inverto ca-
 pite suspensus
 acerbissime
 caeditur .

Impis Ma-
 gorum suasio-
 nes contem-
 nit .

Posteaquam Beatus Senex inver-
 so , ut diximus , capite per acerbissimos
 dolores pependisset horas duas , Prae-
 fectus , eum deponi , jubet , & rursus
 compellat : Necdum flexis animum ,
 ut pareas , saluti demum consulens
 tuae , homo perfrietae frontis , & indo-
 mitae audaciae ? Cui S. Martyr . Ita ve-
 ro : nec enim quae haberi potest a ma-
 nibus tuis , salus ipsa nobis pernicie ju-
 cundior esset , aut gravior . Tum Prae-
 fectus : Mortem si ipse tibi intulero ,
 aegre feres ? Josephus respondit : Mor-
 tem mihi a te infligam , vitam duco ;
 vitam contra si dares , ipse , accepisse
 me mortem , arbitrabor . Tum rursus
 Praefectus : Vides , tuum ut corpus ad
 omnem vitae usum ineptum atque inu-
 tile effecerim ? Hanc vero , quae in te
 superest , animam perditum eo , perque
 repetitos cruciatus exigere , est certum .
 Ad haec Josephus : Animam profecto
 perdere nequaquam vales ; tradito enim
 nobis scripto admonemur : *Nolite time-*

Frustra blan-
 ditus , & minis
 a Praefecto te-
 tatur .

Matth. 10. 28.

منعاهم من ان يلقوا به جلدتبا
 مقذوفه فلهل من: تلك ذالك
 عمنوسم منقذاهم من ان يلقوا به
 دنن من اعلمه ماله ان له اسر
 ذالك: هم ان من ذالك
 لم يتنذوا من ان يلقوا به اسر
 ذالك من ذالك ذالك ذالك
 كفلوا حتى ذالك من انجا
 مقذوفه كفل ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك ذالك
 من ذالك من ذالك من ذالك
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا
 من ذالك من ذالك من انجا

tuum hanc potestatis umbram neutiquam pertimescere, posteaquam viderint, te a me, sene debili, superatum; Deo nimirum opem ferente, qui tantum animo robur infudit, ut nec tibi, hucusque oppugnanti, succubuerim, nec posthac usque ad mortem sim concessurus.

Tunc Praefectus Beatum Senem amoveri iussit, & quoniam pedibus incidere non valebat, a satellitibus in carcerem deportari.

A satellitibus in carcerem deportatur.

Ita demum S. Aithilahas Praefectus hunc in modum adoritur: Tunc etiam in ista hominum perduellium opinione persistis, & recusas, Solem nobiscum adorare, tuae salutis profecturus? Cui Aithilahas: Dum vivet Christus, Filius Dei, cui certus confido, nunquam ab ista rectissima opinione decedam, sed in eadem firmiter constanterque, ut nullus hominum magis, permanebo. Nec unquam futurum est, ut rerum omnium Opificem rebus ab ipso factis posthabeam, aut Religionem, Opifici debitam, operi ejus impendam. Tunc, Praefecto jubente, satellites B. Martyrem in verso similiter capite suspendunt, quumque per longum tempus pependisset, continenter nec sine vociferatione inclamabat: Christianus sum, Christianus sum. Au-

S. Aithilahas constans in a'negando Solis cultu.

Christus Filius Dei.

Inverso capite suspenditur

Eius Confessio.

diant universi, Christianum me esse, & propter hoc nomen ista me pati.

Eodem in carcere forte detinebatur ex Manichaeorum secta quidam, qui ad quaestionem productus, fecit, quod solent Manichaei, genus hominum versutum perinde atque ignavum, & sine cunctatione erroris sui inane dogma ejuravit. Exinde S. Aithilahas tormento liberari, deponique est iustus, ut hominem videret. Videtne, ajebant, ut iste nobis per omnia est obsequutus? At ille quum Manichaeum suam abjecisse Religionem, & formicas occidere cerneret, quas Manichaei praedicant esse vita animaque praeditas, tunc enimvero conceptum animo laetitiae sensum cohibere non potuit, sed prodeunte in vultum gaudio, roseum colorem induere visus est, residente usquequaque ore. Commovebantur autem simul brachia, quae tormento luxata omnem motum amiserant, suppendebantque a reliquo corpore, velut adfuta indusis manicae, eundemque animi gestientis adfectum verbis etiam expressit, inclamans: Vah Manes! Vah! quia victus succubuit, suoque casu Deum suum obruit, quia, videlicet, Deus non est. O me contra beatum! quia vici, vicitque in me Christus Sanctus, Filius Mariae; ille, qui semper

Manichaeorum quendam Religionis suae desertore irridet.

Manichaei homines versuti, atque ignavi.

Christus Filius Mariae semper fuit, erig, semper fuit,

sterum acer-
bissime caesus
nudus procul
a loco projec-
tur.

13

A Mago, qui
proinde ducē-
tis plagis mul-
tatur, pallio
contegitur.

Dein in carce-
rem deporta-
tur.

Ambo Marty-
res e carcere
educi, Tham-
saporī sistun-
tur.

14

Melunt vitam
perdere, quam
sanguinem co-
medere, aut
fidem dissimu-
lare.

Flagellis cae-
duntur.

Immunda du-
cunt carnem
Praefecti ma-
nibus oblatā.

Sententia in
eos lata.

Jazundocta
illustris femi-
na, ut in Mar-
tyrem lapides
coniciat fru-
stra impellit-
tur.

15

S. Joseph ad
questionem
denuo produ-
tus in os
Thamsaporis
expulit.

fuit, qui erit semper¹³. Ea verba Tyrannum adeo exacerbaverunt, ut continuo expediri virgas juberet, & B. Senem acerbissime rursus caedi, usque ad animi deliquium. Deficientem raptavere, nudumque procul a loco projicere, & nudus usque jacuisset, nec enim ipse, utpote manuum usu destitutus, vestem induere valebat, nisi Magus quidam, pietatis sensu motus, miseratusque hominem, proprio pallio opertum, ab illa ignominia, & improborum hominum procacitate liberasset. Quod aegre ferentes improbissimi quidam ejusdem Magi collegae eum ad Praefectum arcessunt. Jussit ille reum distendi, & saevissime caedi. Bonus itaque ille Magus ducentis plagis ex numerato multatus est, donec animo linqueretur: atque hanc ob rem puto, eum aliquam misericordiam fuisse consequutum. Mox Beatum Aithilaham inde tolli, & in carcerem deportari curarunt.

Quinque post dies nunciatum est, Thamsaporem in Castellum suum Beth-Tabaham advenisse. Nec inepte profecto id nomen loco inditum fuit, quod Domum Lanii recte interpreteris¹⁴. Ex eo siquidem Castello, quovis tempore comparatae sunt lanienae, quibus multi mortales misere perierunt. Ambo itaque Praefecti jussu, e carcere educi, Thamsaporī sistuntur. Quibus ille: Comedite, inquit, sanguinem, vosque remittam liberos; parcendum quippe senectuti vestrae, aequum duco. At Martyres: Vos ipsi, ajunt, sanguinem comedite, quos publica atque clandestinae epulas sanguine instruere, delectat. Quumque Tyrannus contra instaret, ipsique obfisterent, ventum est ad verbera. Interim dum virgas expedit licitor, quidam, velut aliquo pietatis sensu permoti, Beatis Senibus hanc evadendi supplicii viam suggererant: Succum ex uvīs passis expressum, & ad speciem sanguinis coagulatum vobis adferemus, quo hausto, paratam vobis mortem evitabitis. Quibus Sancti Senes: Hocce malum avertat Deus; neque enim hanc nostrae senectuti inuremus infamiae notam, ut fidem nostram dissimulemus, improborum atque adrogantium hominum inducī metu. Quam ob causam quadragenas singuli plagas accipere. Neque tamen hic quaestioni finis fuit, sed iterum Tyrannus instat: Carnem mundam suffocari animalis adponi vobis jubebo; hanc saltem comedite, & vos absolvam. Cui Martyres: Quaecumque tuis manibus caro oblata fuerit, immundam ducimus; tuis namque obaudire dicis, id profecto omnem continet impietatem, & immunditiam. Sed has tu mitte naenias, & cogita, quo nos mortis genere cadere oporteat, quod tibi, homini quidem ad excogitanda supplicia non inepto, celerrime occurrat.

Re inter se deliberata, Praefectus, atque Thamsapores in eam postremo abiire sententiam, ut Nobiles Christianos Urbis Arbelae, ejusque suburbiorum promiscuum vulgus cogerent, eosque ad horum Beatorum Martyrum alterutrum eo loco lapidibus obruendum adigerent. Quamobrem ingens Virorum, Mulierum atque puerorum multitudo, a satellitibus comprehensa, ducebatur ad supplicii locum, ut ejusdem caedis fieret rea. Ex hac occasione in licitorum manus incidit etiam illa summo honore digna¹⁵ Jazundocta, impellebaturque, ut lapides in Martyrem coniceret. Adcidit interea, ut S. Josephus ante Thamsaporem rursus raptaretur, circumstante Procerum corona. Prodiit ille in medium ferali habitu; oris namque species foedum in modum ex diuturno carcere immutata, a communi hominum forma pene difflexerat; coque in medio hominum crudelissimorum, omnisque pietatis sensu expertum stante, sedebant ille idem Praefectus, Proceresque complures, atque viri nobiles, tum etiam Magi: additus Josepho servus, qui aegre pedibus insistentem sustentaret. Tunc B. Senex innuit Praefecto, ut accederet, quasi aliquod

aliquid ei in aurem esset dicturus. Ille nihil cunctatus exiit de sella, rei expectatione anxius; suspicabatur enim, Josephum mutasse sententiam, idque sibi secreto velle aperire. Propior factus aurem praebebat, quum Josephus concusso exoneratoque stomacho, in os Praefecti, nihil minus opinantis, expuit, totumque ejus vultum perfudit, subdens: Proh hominum nequissime, & impurissime! Tene non puduit, me propediem e vita discessurum ad quaestionem iterum revocare? Uque adeo necdum satis exploratum patefactumque est, ex praeteritis quaestionibus, me a suscepta Religione, propositaque sententia nulla vi, nullo periculo posse divelli? Quae res Thamaporem, atque Procerum circumfidentium coronam in immodicos cachinnos commovit adversus Praefectum, qui, suam cunctis praeposteram curiositatem ridentibus, non mediocri pudore suffusus est. Ecquis tibi, aiebant, ut ad eum accederes, author fuit, aut compulit invitum? Simul educi iustus est Beatus Senex ad supplicii locum lapidibus obruendus, eundemque sequi homines circiter quingenti multiplici vexatione coacti sunt, latam in illum sententiam exequuturi. Quumque ad locum supplicii ventum esset, Sanctum Senem vincum in praeparatam scrobem demittunt, humoque ad scapulas obruunt. Tum satellites ad circumstantem multitudinem conversi, ut Martyrem lapidarent, provocabant. Atque hac occasione Beatae illius Jazdundaetae constantia rursus sollicitata est, ut lapidantibus se adjungeret. At illa contra virili animo ac virtute in suo proposito perstitit, & impii consilii auctores acriter & alta voce palam increpans: Nusquam, aiebant, usque eo ventum est, ut feminae in viros insurgere, & carnificis munus obire coactae fuerint, sicut a vobis hodie fieri video: ita bellum, & parata adversus hostes arma in cives convertistis, provinciam, tranquilla utentem pace, perturbare, & caedibus funestare dudum adgressi. Tunc satellites, oblato piaec feminae calamo cum praefixa acu: Si lapidem, aiebant, in istum jacere, religioni tibi ducis, porrecta saltem manu, calamo tantisper hominem pungito, quo Regi obtemperasse videaris. Quibus illa, alte ingemiscens, ejulansque, elata voce respondit: At mihi in meum corpus istam longe praestat infigere, quam in Sanctum Christi Athletam tale quidpiam committere. Ceterum si vobis mihi vitam eripere est facultas, nihil moror; cum illo moriar, tantum ne unquam vobiscum adversus innocentium sanguinem quovis pacto conspirasse videar. Interea volabant lapides, janque in ingentem aggerem consurgere coeperant, Beati Senis sanguine, cerebroque mixtum defluente, adeo ut, reliquo corpore cooperto, exstaret dumtaxat Martyris caput. Quod quum huc & illuc impelli, quassarique animadverteret quidam adstantium Procerum, mortemque cum ingenti utique ejusdem poena protrahi, velut misericordia motus, author fuit satelliti, ut inmaniolem lapidem ejus capiti illideret. Quo icu Beatus Martyr animam efflavit. Additae ad custodiam cadaveris excubiae ad duos dies: at tertii diei nocte jam adpetente, atrox tempestas repente exorta est. Ingenti Caelum sono strepere coepit, & inter horrendos fragores ruere grando, micare ignes, praeliari turbines. Quae terribilis Caeli facies non modico terrore indigenas perculit. Eadem procella quidam ex custodibus igne, & sulphure, in eum locum depluentibus, oppressi, absumentique periere. In ista rerum atque hominum perturbatione Martyris corpus sublatum fuisse certum est; utrum autem a Deo, an ab homine humatum fuerit, haecenus nobis incertum: adeo nusquam hucusque sepulcri locus inventus est. Coronam obtinuit B. Josephus feria sexta hebdomadae primae Pentecostes.

Ecce, quo dixi, mortis genere sublato Josepho, Aithilatham in regionem Beth-Nuha-

Ad supplicii locum educitur, lapidibus obruendus.

Jazdundaeta Praefecti iustis parere renuit.

Impii consilii auctores arguit.

Mavult vitam perdere, quam adversus Martyris sanguinem quovis pacto conspirasse videatur.

S. Joseph lapidibus obruitur.

A trox tempestas exorta. Custodes corporis oppressi.

16

B. Josephi Corpus a quo sublatum, & ubi humatum fuerit, haecenus incertum. Martyris tēpus.

S. Aithilathas ab Oppidaniis

Nuha-

Christianis la-
pidatur .
17

Nuhadram duci iussit Thamapores ad frequentissimum Oppidum '7 Dastgararum . Compulsi viri , Feminacque nobiles ejus loci , Provinciaeque Dominus , qui & ipse Christo nomen dederat , Beatum Martyrem extra Oppidum educere , atque in edito loco vincitum lapidibus caedere . Quod illi per summam impietatem exsequuti sunt , aggestoque lapidum acervo , Beatum Aithilaham obruerunt . Designati statim ejus corpori custodes . Post biduum Christiani intempesta nocte cadaver clanculum sublatum sepelierunt trepidi ac festinantes , quae prima sese obtulit , facultate & loco usi . Eodem tempore atque loco ingens addidit miraculum . Ibi quippe , ubi B. Aithilahas lapidibus obrutus jacuit , myrtus crevit , ramosque & frondes explicuit , qui ab indigenis decerpti , & cum fide adhibiti , aegris salutem adulerunt , perpetuo ad quinquennium beneficio , donec scelestam manu plantra radicitus est ovulsa . Testes praeterea complures fide digni adfirmabant , objectam sibi per noctes frequenter circa locum , ubi Sanctus Martyr lapidatus fuerat , speciem Angelicorum agminum , e Caelo descendentium , & eo , unde venerant , redeuntium , auditosque psallentium concentus . Martyrii coronam adeptus est Sanctus Aithilahas feria quarta Hebdomadae ultimae Pentecostes .

Ejus Corpus
post biduum
clanculum se-
peliitur .
Claret mi-
racula .

Martyrii tom-
pus .

Scriptaria
Epilogus .

Haecenus nostrorum Martyrum adversus Regem suscepta , consecrataque superioribus annis Certamina exposuimus , in quibus & illi , qui primi manipulos in praelium eduxere , quique istis successere postremi , utrique profecto egregiis armis fulsere , valida lorica , atque potenti casside instructi , concurrerunt , utrique in media acie , atque in ipso conflictu adverso corpore vulnera accepere , omnes in ora proni , sicut dimicantes procubuerunt : & primi quidem adversariorum vultus observabant , utpote qui a fronte ipsos adorti , exserto palam ferro , eorum viscera directe petebant . Postremi contra ex obliquo respectare hostium latus coacti sunt , velut qui de infidiis , & a tergo oppugnabantur . De posteris utrique suis benemeriti sunt , quibus dignitatem , gloriam , atque opes proprio sanguine comparant .

Martyrum
elogium .

Huc ergo jam propera ; mirare , & obtupecse nostram cum inferno veteratore pugnam , cujus initia , primaeque velitationes laude non carent : induciae dedecus , & ignominiam pariunt . Mirare , ut homo pro sui potestate arbitrii arma expediat , idest , fidem , ut lorica induat , hoc est , veritatem , ut ferrum distringat , verbum , scilicet , vitae , ut hastam adtolat , certa , videlicet , oracula ! Hiscenempe muniti armis , tres illi clarissimi Senes bellum , adversus Tyrannos susceptum , confecere ; isti quippe postremam aciem tenuere , ut Simeon , ejusque socii primam , a quibus Bellum pro veritate coeptum , a tribus hisce postremis tandem feliciter consummatum est ; sic omnes constitutam Victoribus coronam , ac triumphum sunt consequuti . Enimvero Simeonis collegae fuere vernantes flores , quibus ille stipatus adparuit , & Acepismae socii lilia , ipsius coronae inserta . Et illi quidem , datis carnifici cervicibus , magnam sibi gloriam pepererunt ; isti vero postremi acerbissimis cruciatibus divexati , invictam animi sui praestantiam comprobant in ea temporum acerbitate , quae per quadraginta annos efferbuit , quibus Tyranni gladius caedibus Christianorum , & sanguine heluebatur , atque electorum corporum strage sese oblectabat , & formosis artubus faginabatur . Voravit ille carnes , exfaturatusque exultavit , bibit sanguinem , & inebriatus gestit : nunc vero micare super cervices nostras jam desit , nec nostro amplius , ut olim , sanguine erubescit . Martyres , quos ille peremit , novo candore nitent ; at ipse in foribus suis jacet , ac squalet . Quos idem lapidibus obruit , relevati proficiunt : at ipse

In Saporica
quadraginta
annorum
Persecutione
primus Si-
meon Bar-
sabae , postremi
Acepismae , Jo-
seph , & Aithi-
lahas Martyres
occubue-
runt .

ipse

ipse prostratus, & penitus excisus interiit; contra vivunt, laetique vigent, quos ipse adflixit. Anno autem trigésimo primo Persequutionem inchoavit, & septuagésimo ipse vivere desuit. Adolevit inter caedes, & per strages ad senectutem, & senium pervenit. Impii Regis gladius in domo Simeonis Barsabœ acutus est, & in domo Acepſimæ & sociorum acies ejus hebetata est. Jam vero hunc judicium manet, illos autem Resurrexió; hunc poena, illos Paradisus; hunc sempiternum exitium, illos Regnum, perpetuo duraturum. Ego vero exiguae mentis, & rei nullius homo, qui haec, meis utique viribus majora, literis mandare ausus sum, non equidem istam mihi provinciam usurpavi, ex inconsulta quadam animi, praepostere sibi fidentis, audacia; sed caritate dumtaxat impulsus, quoniam Beatorum Martyrum communionem desiderabam, & ab eorum memoria meorum mihi scelere veniam pollicebar. Movit etiam me quorundam Piorum utilitas, & ardens in Martyres studium, quos vehementer delectabat audire certamina, atque triumphos, eorum praesertim Sanctorum, qui praeclaro Martyrio Orientales Provincias illustrarunt; quorum etiam cruore styllum nostrum, si cui insulfus, ingratusque adcidat, conditum iri, nostramque orationem per se incultam, horrentemque in eruditam, ac eloquentem immutatum iri, confido. Ceterum, quae hoc loco de illorum Martyrum Passione exhibuimus, indicatis eorumdem cruciatibus, & flagellationibus, consequutam praeterea adtexentes post acerbissimas quaestiones ferro, aut lapidatione mortem, caritatem, patientiam, & reddita Judicibus responsa, haec omnia ex Patrum Sermonibus, exacte descriptis, hausimus. Incidit quoque in manus nostras ejusdem Historiae volumen, simpliciter quidem, sed confusa oratione exaratum, ex quo eorumdem Martyrum praestantissimam effigiem expressimus, & fortia, atque illustria gesta, quae in priori sermone nostro complexi sumus, adcurate depromsimus; inde vero ad omnes Provinciarum Orientalium Martyres sermonem produximus. Quoniam autem singulorum Martyrum Acta, nomina, & mortis genus singillatim describere nequivimus, idcirco eorumdem quaestiones, & datum Jesu Christo testimonium, ipsorumque encomia, atque triumphos in unum locum coniecimus, perinde ac si ad unum pertinerent, aut omnes parem mortis sententiam tulissent. Lectores interim monitos volumus, ne Acta illa, quae in priori Sermone nostro exposuimus, antecedere autument tributa populo nostro imposita, atque Simeonis Seleucia, & Ctesiphontis Episcopi necem, aut Martyrum stragem, in locis Huzitarum perpetrata anno trigésimo-seculo Saporis Regis Perfarum, sed hoc ipso tempore nostrae persecucionis initia esse consignanda. Fundamenta enim iis, quae dicturi eramus, praestruimus; deinde Martyria summatim adtexere adgressi sumus, quibus loca, nobis finitima, consecrata fuere: quandoquidem nec omnes capitales sententiae, in eos Christianos latae, ad manus nostras devenerunt; eas autem Martyrum caedes, & quae, secundum nostram supputationem, reliquas antecessere, retulimus juxta eam, quam nacti sumus rerum cognitionem. At forte dices, vix credibile esse, quod in prioribus Orationibus a nobis proditum est de immani crudelitate, qua in Dei Martyres usos fuisse Tyrannos memoravimus, nec fieri potuisse, ut in eos atrocissima illa tormenta decernerent, iisque mortis generibus eosdem necarent. Verumtamen quicumque haec nobis opponit, penitus persuasum sibi habeat, nos de multis pauca quaedam promere potuisse. Ceterum omnes Martyres, qui in Palatio Regis causam dicebant, gladio feriebantur; qui vero a Praefectis interficebantur, illorum nec nomina, nec numerus, nec Martyrii locus haecenus innotuere: divi-

Sapor, Perfarum Rex, anno aetatis suae 31 Persequutionem inchoavit, & 70. ipse interiit.

Martyrum Historiae conscribendae occasio.

Encomia Martyrum, quae in sermone I. exhibentur, unde habita?

19
Scriptoris
monitum.

Martyrum plerorumque a Praefectis interfectorum ignota nomina, numerus, & Martyrii locus.

xati

xati autem, ac difcruciati fuerunt, sicut a nobis proditum est. Quas porro exscriptimus, quaestiones, sicut certis documentis nobis compertum est, per quae etiam Tyrannorum notitia ad nos pervenit, adversus Dei Servos exercere crudelissimi locorum Praefides, illaque in Perfidis plerumque Urbibus habitae fuerunt. Quod ad istos postremos Martyres adinet, quorum Martyrium, et Acta judicialia copiose retulimus, quidam nobis coaetanei fuerunt, nostrisque temporibus Martyrium subierunt, nobisque illos videre licuit. Qui vero antiquiores fuerunt, eorum nos Gesta diligenter conscripsimus, secundum notitiam, nobis traditam a senioribus Episcopis, ac Presbyteris, testibus fide dignissimis, qui res, suam sub aetate, atque sub oculis suos gestas, narrabant. Quamobrem pro communi nostra in Martyres caritate precamur Lectores, ut cum ei, qui primus describendae istius Historiae laborem suscepit, tum alteri, qui primus eandem composuit, veniam, & indulgentiam a Deo exposcant, ob ipsius misericordiam, & gratiam, atque ob illorum intercessionem, qui carceribus inclusi, occultas poenas pertulerunt, quas memorati Scriptores, in apertum prolatas, publicae luci exposuerunt.

Martyrum, quorum Acta copiose referuntur, Scrip- tor aequalis ac testis oculatus.

Antiquioribus vero notitia ab Episcopis, ac Presbyteris testibus oculatis Scriptori tradita.

Sanctorum Invocatio.

ADNOTATIONES.

(1) **A** *Cepfimas*: nomen Chaldaicum ex duplici voce compositum, quod *Perscrutatorum nominis* recte interpretetur.

(2) Acta S. Acepfimae, quae apud Lipomanum, Surium, & Bollandianos sub Metaphraëis nomine circumferuntur, pro *Honita*, Assyriae Urbe Episcopali sub Metropolitanò Hadiabeni- co, & *Phaaca* pago, unde Acepfimas oriundus erat, habent *Naeffon*.

(3) Ibid. pro *Papa* Monaco, legitur *Puer*.

(4) Regionem, seu Provinciam Syri & Chaldaei **ܐܘܪܐ** *Ara* dicunt. Cujus quidem vocis vim Graecus horum Actorum interpres minime adsequutus, ita locum hunc interpolat: *Tibi quoque, ad tuam redeunti Civitatem non licebit eam videre, sed e qua excedes in pago, qui dicitur Atradaran*.

(5) Hunc *Adracum Magorum Principem* idem Graecus interpres adpellat.

(6) Idem pro *Beth-Casbuba*, Hadiabenaes pago, legit *Beth-labuba*, quem pagum recte *scribentis* perperam exponit; nam Cathuba, non vero Labuba scribentem Chaldaice, seu Syriace sonat.

(7) *Aitbilabas*, Affemano Bibl. Orient. tom. 1. *Aitallabas*, Sozomeno *Aitbalas*, Lipomano, & Bollandianis *Aitbalas*. Id vero nomen Chaldaicum ex duplici constat voce, nempe **ܐܘܪܐ** *Aitbi*, idest, adduxit, & **ܐܘܪܐ** *Alaba*, hoc est Deus.

(8) *Beth-Nabadra*: Graecis, Latinisque *Naarda*, & *Nearda*; Ebraeis *Nabardeba*, Urbs Babyloniae ad Euphratem sita. Olim Episcopalis sub Metropolitanò Hadiabeni- co, postea vero sub Mosulano, ut ex Tabula Eliae Damasceni, & ex Pontificali Chaldaeorum tradit Affemanus Bibliothecae Orientalis tom. 3. par. 2. Hinc fallitur Graecus interpres, quum apud Lipomanum, Surium, & Bollandianos hunc Actorum textum sic reddat: *Aitbalam pagus alius Bethnaarda*.

(9) Is in Syrorum Synaxario *Atarfaceres Magorum Princeps*; in vulgatis autem Actis, *Ardasabor omnium Magorum Princeps* dicitur.

(10) Graecus interpres apud Lipomanum habet. *Hic, quos dicta sunt, suis obstupescitius Judex, & accersito quodam ex iis, qui apud eum mulsum potervant, qui dicebatur quidem Adefebe, orvus autem erat ex Civitate, quae vocabatur Arbel, &c.*

(11) Nimirum in Actis Sanctorum Centum & viginti Martyrum, in quibus, uti & haec infra, illustris haec Matròna, *Fazdundofta* nomine, laudatur.

(12) In Actis a Lipomano vulgatis *Zamfciates* audit *Nazerotb*.

(13) Eadem ferme, sed non nihil interpolata habentur in Actis apud Lipomanum, Surium, & Bollandianos editis: Porro Manichaeorum haereticis, ineunte seculo Christi tertio, ex orco erupit. Ejus primus author Scythianus quidam, Sarcacenus genere, ex Arabia, Palaestinae finitima, oriundus, contrarias, & sibi invicem oppositas advertens in rerum natura qualitates, earum oppositionem duobus sibi mutuo adversantibus Principiis, quorum unum bonorum, alterum malorum numen esset, adscribendum effuxit; hancque doctrinam vindicaturus, quatuor, sed perbreves libros conscripsit primum de Mysteriis, secundum de Capitulis, tertium de Evangelio, quartum de Theauris. Post haec profectus in Judaeam cum Terbintho Discipulo (non sub Apostolorum tempora, ut Sanctus Epiphanius officinas scriptis, sed post annum Christi ducentisimum) quum fidem Christianam, quam argumentis evertere non poterat, a Presbyteris Ecclesiae Hierosolymitanae confutatus, praestigis concutere conaretur, in eumque finem summum aedium tectum conscendisset; inde ulciscente Deo, lapsus in praecipitium miserere periit. Terbynthus vero auri, librorum, & haereseos ipsius factus haeres, quum in Judaea, ubi jam ex perver-

veritate notus erat, tutus manere non posset, in Perfidem fugiit, ac mutato nomine, Buddam, seu Buddaem se nominavit. Verum adversarios ibi expertus Mithrae, sive Solis, Sacerdotes, multisque disputationibus ab ipsis lacessitus, apud anum quamdam viduam se recepit. Tum Scythiani Magistri exemplo in summum tectum ascendens, ac maleficiis operatus, ibidem correptus a daemone, atque in terram deturbatus, infelicem animam efflavit. Anus pecuniarum omnium, ac librorum compos facta, servum Perfam emit Cubricum nomine, anno Graecorum 551. Christi 340. juxta Chronicon Edeffenum, Cod. Syr. Vatic. XII. natum, quem manumissum adoptavit, in Perfarum erudiendum curavit discipulis, ac librorum, atque pecuniarum conscripsit haeredit. Qui, ne servitutis nomen ei probrosum esset, Manes appellari deinde voluit. Quae vox Chaldaeis, & Syris *vas, vestem*, & *instrumentum* quodlibet significat: Perfis vero, teste Sancto Cyrillo Hierosolymitano, *μυλια*, idest, adloquutionem. Verum quum apud Graecos male sonaret hocce nomen, ne ab infamia, & furore videretur derivatum, Manichaeum, quasi manna fundentem, hunc nominavere postea discipuli; ut ait S. Augustinus lib. de Haeresibus cap. 26. Interim multos discipulos in suum pertrahens errorem, viginti duos juxta Epiphanium, duodecim vero, juxta Theodoretum, ad exemplum Domini, selegit, nefariorum suorum dogmatum, impiarumque fabularum praedicatorum; in quibus tres prae ceteris insignes esse voluit Thomam, Addam, & Hermam. Ipse vero quum de Christiana Religione multa audivisset, comparatis pecunia S. Scripturae libris, veritatem admiscuit mendacio, ut sectam suam verissimiliorem faceret. Cui ut majorem conciliaret auctoritatem, filium Regis Perfarum, qui forte tum aegrotabat, magicis artibus ac praestigiiis confusus, curandum suscepit; sed quum Medicorum auxilio destitutus, ac Maneti relicto Princeps mortuus esset, in carcerem praestegiator conjectus est. Corruptus inde pecunia custodibus clam aufugiens in Chaldaeae fines contendit. Ibi Marcellum, virum nobilitate, & omnibus Christianae religionis officiis celeberrimum, qui Caesarae morabatur, quemque septem millia & septingentos Christianos, a Romanis militibus captos, redemisse, perhibent Acta Disputationis Archelai Episcopi cum eodem Manete, a cl. viro Zacagnio, Bibliothecae nostrae Vaticanae olim Praefecto, edita, seducere molitus est, data ad eum Epistola, praecipuos errores suos continentes; quam quidem integram refert S. Epiphanius Haereti 66. Verum a laudato Archelao, Caesarae, Chaldaeae seu Babyloniae Urbis, unde Marcellus oriundus erat, Episcopo doctissimo, quocum ipsum-Manetem in congressum venire idem Marcellus curaverat, convictus, & fugatus, ad Diodoridem, eorumdem regionis oppidum clam adcessit, ubi coram Diodoro Presbytero, quem S. Epiphanius & Photius Triphonem appellat, iterum confutatus est. Perfarum deinde Regis venit in potestatem; quo jubente cutis illi vivo detracta est, quae palea farta & Urbis Seleucia ac Ctesiphontis foribus suspensa sub SS. Epiphanii, & Cyrilli tempora viscebatur. At

quo suam longe lateque propagaret sectam, profectissimae nequitiae homo, Addam in Indias, Thomam in Judaeam, Hermam in Aegyptum adlegaverat. Et in Perfide quidem plures olim existisse hujus furfuris homines liquet vel ex hisce Martyrum Orientalium Actis, in quibus Manichaei passim memorantur, nti etiam ex Papae Aghaei filii, Seleucia & Ctesiphontis Catholici, qui S. Simeoni Barbaeo Martyri praecessit, cum Rege Perfarum adversus eisdem Manichaeos conloquio, quod in ipsius Papae vita, ab Amro, Matthaei filio, conscripta, refertur his verbis:

كان في ايام هذا الاب عدّة من الملائكة يقاصرون
اهل سيمون وريجون وصابي وغيرهم. و الملك
فلما شاهد الخلقه والاساقفه لا يتزجسون
والمانيوتة على مذهب ماني لا يتزجسون ايضا. امر
بقتل المانيوتة. و تعدي الامر على النصاري و لمحي
مار فافا الفطربرك اديبة عظيمه و تصلم النصاري
لا الملك. و لوجب ان يعرف الفرق. فاجاب
مار فافا بان المانيوتة يعتقدون الالهين. و الارض
ذات حياه. و النفس تنتقل من جسم لا
أخر و يرون ان التزويج نجس. و النصاري
يعتقدون بالاله واحد و يرون التزويج. و لما يتمتع
الروسا سباسبه ليواظبوا على الصلوات
ولا يكون لهم شيء يشغلهم. فاستحسن
الملك الجواب و كتب عنهم.

Sub hoc autem Patre (Papa) plures erant doctores, qui adsectus Simonis, Marcionis, & Manetis, aliosque impugnabant. Rex vero (Vararanes) quem vidisset tam Catholicos, & Episcopos, quam Manichaeos, Manetis sectarios, a nuptiis abstinere, in Manichaeos quidem sententiam capituli tulit; ad Christianos vero idem edictum manavit, ejusque causa Dominus Papa Patriarcha multa perpeffus est. Quum igitur Christiani ad Regem confugissent, iussit ille, discrimen, quale inter utroque esset, sibi declarari. Tum vero Dominus Papa: Manichaei, inquit, duos Deos credunt, terramque vita praedisam, & animas ex uno corpore in aliud migrare; nuptias denique averfantur. Contra Christiani unum Deum profitentur, & nuptias probant, estis eorum Praesules ab his religionis causa abstinent, ut, scilicet, praecipui vacare possint, nec habeant, quod sese distrahant. Quod Papae responsum Rex quum probasset, praecipit, ne quid molestiae Christianis deinceps crearetur. Manichaeos itidem in Africa anno Christi 375. Romae vero anno 383. plurimum invaluisse, testatur ipse D. Augustinus, qui novem in ea secta annos versatus est. Ceterum de Manete, ejusque profertur erroribus haec perhibet Gregorius Bar-ebraeus, qui & Abulpharagius. Hist. Dynast. Par. 7. ad sextum Aurellani Imperatoris annum. Hoc tempore innotuit Manes Atenavi (i. e. duorum Deorum adfer-

adfecto) *Hic primo Christianismum praefecit, & Sacerdos factus est Ebuazi, docuitque & interpretatus est sacros libros, & cum Judaeis, Magis, & Ethnicis disputavit: deinde a fide desciscens, seipsum Messiam nominavit, & duodecim discipulos sibi adscripsit in omnes Orientis regiones, Indiam usque, & Synas misit, qui in ipsis doctrinam Thbanoviorum seminarent; Duos scilicet esse Mando Deos, alterum Bonum, qui est origo lucis, alterum malum, qui tenebrarum origo; atque his contententibus, Bonum victoria in Malum potius. Malum ergo in partem Australem recessisse, quo ibi mundum sibi conderet, cui dominaretur. Quod quum facere coepisset, ibique Benat Naabz (i. e. Arcturi signum) circa polum Australem fabricasset, huic, quod circa polum Borealem est, simile, pacem inter ipsos fecisse Angelos, ea condicione, ut projiceret Bonus luminis sui aliquid in materiam; unde existit Mundus, generationi & corruptioni obnoxius, cui dominatus est Malus. Quod autem Bonus hoc coactus atque invidus fecisset, ideo ipsum in Caelis duas naves grandes creasse, videlicet solem, & lunam, in quibus animas bonorum reposuit, & portionem suam, quae Malo obnoxia, paullatim repetere, ut materia sensim omni vestigio boni privetur, & cesset imperium Mali. Astersit idem Mtemphycosin, atque inesse cuiusvis spiritum, qui aliunde transfugerit. Modum etiam excedebat in laudando igne, ejusque virtute celebranda, eumque, qui sanctus praedicetur, & divinis eloquijs ornatur, dignum esse; atque haec omnia luminis ipsius, & splendoris gratia: & quod medium occupet locum inter corpora spherica, & ex elementis composita. Terram autem quae vilipendatur, dignam esse autumavit, quod senebricosa sit, nec illuminetur ipsius medium vel actu, vel potentia. Haec autem sententia antiquissimus Persarum fuit, nec eam Manes primum in medium protulit, sed argumentis speciosis confirmavit. Optime autem hac in responsione doctus Princeps Abu Ali Ebn sina (Avicenna) dicens: Quomodo fieri potest, ut in igne reperitur quidquid in bonum, & in terra quidquid in malum cedit? Si quidem terra illud est, cui debetur duratio, & vita animantium, & plantarum; ignis autem, qualitativus suis justum temperamentum excedens, corrumpit, & dissipat partes compositi. Fertur Sapor Persarum Rex Manetis interfecit pellem derivatam stramine sufferre, infumque super moenibus arabis patibulo affixisse, quod quum magna de se praedicaret, filium ejus a morbo, qui ipsi contigit, sanare non potuit. Hucusque Bar-ebraeus. Sed de his, aliique pluribus Manichaeorum erroribus, & perversis moribus videlicet Augustinum, Epiphanium, & Theodoretum; necnon disputationem Archelai cum Manete, quam modo lau-*

dayimus, & eruditissimi viri Petri Thomae Cacciacii Carmelitae caecati, Dissertationem de Manichaeorum haereticis typis Sacrae Congregat. de Propaganda Fide quamprimum committendam. Adversus dementissimum hujusmodi sectam, quae progressu temporis, Mahometanorum praecipue opera in Oriente penitus interit, praeter Graecos, & Latinos Patres, Syri complures scripsere, ut S. Ephraem, Diodorus, Paulonas, Titus, Daniel Rheseinae, Gabriel Hormuzi, Natanaël, & Bud Periedutes, de quibus consule Catalogum Ebedjesu Sobeusis Metropolitae apud Assemanum Bibl. Orient. tom. 2. & 3. ubi varia de Manichaeis notata digna habentur.

(14) In Actis, quae Lipomanus Metaphrastis nomine vulgavit, legitur: *Cum vero accepisset Judex, maximum quendam Persam Praefidem, nomine Saborium, in suam vicem advenisse, qui adpellatur Macellaria, ei Martyrum mandat examinationem.*

(15) Ibid. *Jazundocita*, quod nomen Perficum recte Deo nazam interpretaris, *Isdandul* perperam scribitur.

(16) Ibid. Haec Aetorum locus sic interpolatur: *Atque venerandum quidem illud corpus, adbibitis custodiibus, conservabatur tanquam thesaurus aliquis: cum autem tres dies praeterissent, & jam advenisset quartus, exiit magnus, & terribilis terrae motus.*

(17) Ibid. pro *Dastgar*, regionis Nuhadrae, sive Beth-Nuhadrae Oppido, legitur *Patrias vicus.*

(18) Ibid. Feriae quartae hebdomadis ultimae Pentecostes, quae anno Christi 380. ad quem S. Aithilaha Martyrium ex dictis referendum est, in diem 27. Maji incidit, perperam sufficitur *Mensis Junius.*

(19) Primi hujus sermonis, quem haec laudat Maruthas, non nisi fragmentum, & quidem tenue, in Codice Chaldaico Nitriensi Vaticano II. habetur, quod Assemanus in Indice Codicum Syriacorum, quem ad Bibliothecae suae Orientalistom. I. adjecit, *Sermonem in laudem Martyrum Orientalium*, inscribit, ex hac scilicet, epigraphe, quae ad ejus calcem legitur:

ܘܢܘܚܐܢܐ ܕܢܘܚܐܢܐ ܕܢܘܚܐܢܐ ܕܢܘܚܐܢܐ
ܘܢܘܚܐܢܐ ܕܢܘܚܐܢܐ ܕܢܘܚܐܢܐ ܕܢܘܚܐܢܐ

Explicit sermo, qui dictus est super . . . encomio, & triumpho Martyrum omnium Orientalium. Quoniam vero praeter generales Martyrum laudationes, nulla in eo fragmento Acta referuntur, idem a nobis consulto praetermissum est, donec integram aliud exemplar in manus nostras incidat, ex quo farciri possit jaclura eorum, quae in Codicibus nostris desiderantur.

Lauream, inquit, adepti sunt Beati Martyres a primo ad postremum omnes Luna vigesima nona Canon prioris, seu decembris. At Metaphraites pro Decembri habet Martium: Interfecti sunt novem ex iis Christi Martyribus vi. Calend. Aprilis: reliqui autem duo, idest, Jonas, & Brichiefus, quem perperam Barachifium adpellat, iv. Calend. ejusdem mensis.

Memoria &
cultus,
Apud Lati-
nos.

Metaphraisti consonant pleraque Martyrologia antiqua & recentiora, quae priores novem Martyres die 27. Martii, Jonam vero, & Brichiefum die 29. ejusdem mensis celebrant. Romanum etenim Martyrologium ista ad diem xxvii. Martii habet: *In Perside Sanctorum Martyrum Zanitae, Marobiae, sic ex Metaphraسته Zebinam & Marutham vocat, Narsētis, & aliorum quinque, qui sub Sapore Rege Persarum saevissime trucidati, Martyrii palmam meruerunt.* Ad diem vero xxix. ejusdem mensis: *In Persia Sanctorum Martyrum Jonae, & Barachisii sub Sapore Rege, Persarum: quorum Jonas presbis in coeblea, confractis ossibus, medius disiectus est; alter vero oppletis faucibus pice ardenti suffocatus.* Gelesinus eodem die 27. Martii: *In Persia Sanctorum Martyrum Zanitae, Lazari, & Sociorum septem. Ii, Saborio Persarum Rege, populique, nominisque Christiani hoste teterimo, pro fide in vincula confecti, cum variis cruciatu exbauissent. praecleara Martyrii dimicatione confecta, in Confessione, Caelesti constantia roborati, pro victoria fidei, egregia corona redimti, in Caelum evolut ad Choros Angelorum.* Et die 29. ejusdem mensis: *In Persia Beatorum Martyrum Jonae, & Barachisii, qui fortissimi Dei milites, Saborii Regis, rei Christianae hostis, iussu, omni cruciatuum genere torti, praeclearo & fidei, & virtutis Christianae exemplo dato, stola lucis induti, sempiterna perfruuntur gloria.* Eadem tere leguntur apud Felicium, qui priores novem Martyres singulos suis nominibus exprimit: additque, eos passos anno Saporis Regis decimo octavo; apud Molanum in Austario Ufuardi, Canisium, & alios Martyrologos.

Et apud O-
rientales.

In Menaeis autem Graecorum, etfi ad diem Martii vigesimum septimum nulla priorum novem Martyrum memoria habetur; attamen in elogio SS. Jonae, & Brichiefu, quod ad diem ejusdem mensis vigesimum nonam refertur, iidem Martyres & nominibus suis, juxta Metaphraiticam tamen versionem, laudantur, & die 27. praedicti mensi coronati dicuntur. Τῆ αὐτῆ ἡμέρᾳ, ἢ Ἁγίων Μαρτύρων Ἰωνᾶ, καὶ Βαρχαχίου· Οἱ Ἁγίοι Ἰωνᾶς καὶ Βαρχαχίου ὑπέρχον ὅτι Περσίδος κατὰ τὴν Χρῆστος Σαβωρῆ Περσῶν, ἔ Κορσσαντίου Βασιλέως Ῥωμαίων τῷ μεγάλῳ Μοναχῷ ἢ ὄντι καὶ τὸ αὐτῆ Μοναχῆμος καταλιπὼντες, ἔλθον ἐς πόλιν Βαρχαχίου καλυμψῆ· Καὶ ἐν αὐτῇ κατακλιθεὶς ὁρῶντες τὴν Ἁγίαν Μάρτυρα Ζανιδᾶν, Ἀδζαρον, Μαρθῶν, Ναρσῆν, Ἠλίαν, Μάρκον, Ἀβιβον, Σηβηθῶν, καὶ Σάβαν· Περιεστῆρῶσαν αὐτοὺς, καὶ πρὸς τὴν ἁγίαν αὐτῶν ἰπάλκοντο. κατασχέοντες ἢ, ἤχθοντες πρὸς τὴν ἁγίαν Μασσῶν, Σιρῶ, καὶ Μαρμωῆ, ὑφ' ὧν παραμένοντες ἄμα καὶ ἀπυλαῖς διετάσσοντο, καὶ μὴ σπιδόντες αὐτοῖς, πρῶτον ἀσπυρῶντες τὸν Περσικῶν. Οἱ ἢ Ἰωνᾶς, καὶ ῥάβδοις τραχύας τύπνται, καὶ στροπίοις ἔβλαψθῆς ὁρῶντες ὑπαίθετος πρὸ κρυμτῶ σερσαλαγωρηθῆς βάλλονται· Οἱ ἢ βαρχαχίου βόλνι χαλκῆς ὀκρυωθῆντας κατὰ τῆν μασχάλον διεγυρῆν καὶ ἄθνη ἐπὶ τῶν βλιφῆροις, καὶ τοῖς ὄσι, ἔ τοῖς λέρυγι ἢ ἁγίον μύλουθον κατὰ χύσιν καὶ ὁ ἰθὺ βαρχαχίου, διθῆς τὴν πόδας κρυμῶνται ἐν τῇ φυλακῇ. Οἱ ἢ Ἁγίος Ἰωνᾶς τίμνεται τὴν δακτύλις χερῶν καὶ ποδῶν, καὶ τὴν κωκῆς τὸ δέγμα ἀφαρῶνται, καὶ τὴν γαῖπῶν τίμνεται καὶ ἐν χαλκῆ πῶσιν μετῶ ἰμβάλλονται· ὅτ ἢ ἔβλαβῆς διετῆλθῶ, καὶ μετὰ ταῦτα κατασφύχισον αὐτὸν ἐν κοχλίᾳ πικροκῆ, καὶ σωφρῆβισιν ἄπῃ τὸ ὄσᾶ· ἄσᾶ ἄπυς πρὶχῆσι μῆσιν, καὶ ἐν λάκκῳ κρύπῃσι βραδυπῶν, ἐν ἢ τὸ τίλος ἰδέσθῶ. Οἱ δὲ Ἁγίοι Βαρχαχίου· οἱ ὁρῶνται ἀχθῆς γυμνὸς εὔρεται ἐκ' ἀγῶνθας καὶ πικρῶνται καλάρμοι ὄρῶν, καὶ ἐν κοχλίᾳ βλυθῆς, καὶ ὄλον τὸ σῶμα κατὰ θλαθῆς καὶ κατὰ τῆ φέρυγις πῶσας ἐπὶ χυθῆς βράδῶν, ἀπὶ ὄσῶν τὴν ἴχυν· συγκαπνέθῶν ἢ αὐτῆ τὰ λήψῶ, καὶ ἰπῶσας ἀματῶς ἐν τῇ μαρτυρίᾳ. ἐπῶν ἢ πικρῶνται κατὰ τὴν κρυπῆν ἰθὺ μῶν τὴν μαρτυρίᾳ μῶν· τὴν Ἁγίον Ἰωνᾶ καὶ Βαρχαχίου κατὰ τὴν κρυπῆν ἐπῶν. Eodem die (Martii xxvii.) Sanctorum Martyrum Jonae, & Barachisii. Sancti Jonae, & Barachisii ex Perside fuerant tempore Saborii, Persarum Regis, & Constantini Magni, Romanorum Imperatoris. Monachi vero quum essent, suumque Monasterium reliquissent, ad urbem, Baraboth dictam, perrexerunt: ibidemque quum Sanctos Martyres Zanitam, Lazarum, Marutham, Narsen, Eliam, Marcum, Abibum, Sebeethem, & Sabam, carceri inclusos, invenissent, iis animum, simuloseque addiderunt, & ad certamen subeundum cohortatione fuerunt aliptae. Comprehensti autem, tribus Persarum Prin-

Principibus Masdrath, Siro & Mamerfi sistantur, a quibus cum blanditiis, tum minitationibus ad ejurandum Christum sollicitati sunt. Quumque eorum consilii minime adfuerint, primum ex lege Persica vinculis constringuntur. Et Jonas quidem virgini asperis excipitur, funibusque adstrictus, foras sub dio glaciæ exponitur. Baracchisus vero glebas acneas ardentes sub axillis sustinet. Tum in palpebras, aures faucesque Sanctorum plumbum infundunt, mox Baracchisus vinculis constrictus, pedibus in carcere suspenditur: Jonas vero manuum, pedumque digitos praecidunt, & capitis cutem detrahunt, linguam abscindunt, atque in vas, pice plenum, immittitur, ex quo innocuus evasit. Post haec vero in cochlea comprimitur, ejusque ossa confringuntur; ac demum ferro medius secatur, & in profundissimum conjicitur lacum in quo Martyrium complevit. Sanctus Baracchisus ad quaestionem adductus, nudus per spinas trahitur, arundinibus acutis cruciatur, & in cochleam injectus, toto confractus corpore, piceque ebulliente in ejus fauces effusa animam reddidit. Composita autem eorum corpora una cum novem Martyribus sepulta sunt. Porro isti die vigesima septima mensis Martii Martyrium consummarunt, Jonas vero & Baracchisus die vigesima nona. Haec Menaea, in quibus & hi versus in eorumdem Martyrum laudem exhibentur.

Ἐχης ἰσταν̄ κη̄ εὐ γῆ πάντας μάγας,
κατ' ἕδην ἐδόντα τὸ θαλάσιον.
Διψῶν βαρραχίσιος ἀδελφῆ τέλεις,
καρδὸν ζήσας ἑκπίου νόσους σκίψας.
Ἐπ' ἀλογικῆς ἐπάτη βαρραχίσιος ἀκκὸν πικρῶς.
Habet tu quoque, Terra, Jonam, baud dubie magnum,
Nequaquam indigentem marino,
Sitiens Baracchisus Athletarum finem,
Inbianter bullientis picis ebibit scyphum
Consequuta est fervida pice Baracchisium dies vigesima nona.

At Menologium, Basilii Porphyrogeniti Imperatoris jussu editum, in eorumdem Sanctorum Jonae & Brichieff Certaminis Encomio, a quo diem Martii vigesimam nominam auspiciatur, praefatos quidem novem Martyres commemorat; sed eorum, nec nomina, nec Martyrii diem aut mensē exprimit. Certamen Sanctorum Jonae, & Baracchisii. Imperante Constantino Magno erant isti. Monachi autem quum essent, abierunt in Persidem: & quum ibidem reperirent novem Sanctos Martyres, carceri inclusos, eos ad fortiter certandum animarunt: Quare comprehensi, & ad Principes Persarum adducti sunt, a quibus adagebantur Christum abnegare. Sed quum ad id faciendum nequaquam adduci possent, primus Jonas vinculis constringitur secundam legem Persarum: solent enim Persae, si aliquem verberibus excepturi sunt, illum in terram deponere, ejusque manus ac pedes vinculis alicui signo adstringere. Ille vero tamquam lapis immotus, plagas accepit, dum asperis virgini caederetur: quem sanum invenientes, projecerunt foras, & glaciæ concretæ per totam noctem exposuerunt. Digitos deinde manuum ac pedum abscindunt, ipsumque in cochlea compressum, ferro medium secant, & in lacum projiciunt: atque ita finem vivendi fecit. Baracchisus autem nudus per spinas tractus, & in cochleam coniectus, quum in ejus guttur pice ebulliens infusus esset, vitam consummarvit. Hucusque Menologium Basilii; quod tamen a genuinis Actis in nonnullis dissentit, de quibus infra in adnotationibus, ubi cum Metaphrastes, tum aliorum Martyrologorum adlucinationes perstringemus. Demum Cardinalis Sirleti Menologium die 27. Martii, praetermissis novem Martyribus, haec pauca de SS. Jona & Brichieff refert: Eodem die Martyres Jonas, & Baracchisus securi percussuntur. Verum non videtur hujus Menologii author antiqua Acta ab Efaia conscripta habuisse. quae Jonam & Brichieffum non securi percussos; sed alterum quidem ferrea serra dissectum fuisse, alterum vero magna vi liquefactæ picis atque ardentis sulphuris in os infusa suffocatum, perhibent.

Ceterum de anno, quo isti Martyres lauream adepti sunt, deque Epochâ Persecutionis, quam ad annum Saporis decimum octavum conlocat Efaias, et ex eo Metaphrastes, non omnes recte sentiunt. Baronius enim eorumdem Martyrum necem, atque adeo initium hujus Persecutionis ad annum Christi 344. protrahit. At mirari profecto sinit, qui doctissimus Annalium parens, a quo & Saporis regni exordium anno

Epocha Persecutionis.

Baronii lapsus.

anno

anno Christi 310. consignatur, & sincerissima horum Martyrum Acta existimantur, eisdem discrete praefixum legerit annum ipsius Saporis decimum octavum; & vulgarem nihilominus Christi annum 344. fuffecerit. Noverat insuper idem author, tam in Menologio Basiliano, quam in Graecorum Menaeis eorumdem Martyrum Passionem ad Constantiani Magni tempora referri: is autem anno Christi 337. e vivis excessit. Bollandiani vero & indigesta & secum pugnantia loqui videntur; ad diem quippe Martii 29. haec ex Theophane excerpta Actis nostrorum Martyrum praemittunt: *Cum sub Constantino Magno Imperatore Christiano, Ecclesia Christi tutissima pace frueretur, Fides Christiana per totum Persarum Regnum magno incremento augebatur; quod aegre ferentes Judaei. ac plurimi Persarum, Christianos apud Saporem Regem criminati sunt. Unde horrenda persecutione commota, plurimi pro Christo Martyrii corona suae condecorati. Imo in praecipuis urbibus, nobilissimi quique ad decem & octo millia cruciatibus horrendis, & ab humana penitus alienis natura Martyres suae consummati. Quibus auditis sacratissimus Imperator Constantinus, ut Christianorum sanguini fundendo parceret, & a tanta crudelitate abstineret, per litteras, additis etiam precibus, Saporem est adhortatus; sed duram Regis mentem sceleris non valuit; ut ea omnia Theophanes in Chronographia ad annum Constantini XXI. Christi 325. aut sequentem accurate describit. In hac Persecutione passi sunt ad diem XXI. Martii SS. Jonas, & Barachisus fratres. Hucusque Bollandiani. At quis non videat, haec a Theophane omnium immanissimam quadraginta annorum Persecutionem anno Saporis Regis 31. inchoatam describi, quum loco a Bollandianis citato, Simeonem Barsaboe, Seleucia & Ctesiphontis Episcopum, sub ejusdem Persecutionis initium, quod perpetuam ad Constantiani Magni tempora revocat, Martyrio fuisse perfunctum, disertissime perhibeat? Quam tamen Persecutionem iidem Bollandiani ad diem 21. Aprilis, nonnisi anno Imperii Constantii VII. Christi 343. coeptam adfirmant. Nec magis sibi constant Bollandiani, dum eidem Theophani consententes tradunt, Constantinum Magnum hujus Persecutionis causa literas ad Saporem dedisse, ut nimirum a Christianorum sanguine fundendo desisteret. Hanc enim opinionem alibi in Alesmano nostro perstringunt. Legi, inquit, Bollandianus die 4. Augusti in admonitione praevia ad Acta S. Jae, & perlegi Epistolam Constantini Magni, & nihil inveni, quod adfertam ab Alesmano Persecutionis anticipationem suadeat, seu Constantini Magni Epistola aliquam indicari Persecutionem a Sapore in Christianos excitatam. Ceterum quem Bollandiani laudaverant die 29. Martii, Theophanes tantae non est autoritatis, ut ab aliis Scriptoribus, sicut ab ipsismet Bollandianis ad diem 21. Aprilis, & 4. Augusti, non vapulet; claruit enim ille seculo Christi octavo exeunte: atque adeo non aliam, quam quae ab Eusebio exhibetur, videre potuit Constantini Magni Epistolam. At haec de desistendo a Christiani sanguinis effusione ne verbum quidem infert; quamquam si revera inferret, nonnisi Persecutionem, decimo octavo Saporis anno motam, luculentissime adtingeret, designaretque.*

Item Ruinar-
tus.

Demum, ut alios praetermittam, Theodoricus Ruinarus in Admonitione praevia ad Acta S. Simonis Barsaboe pag. 566. nullam aliam ante illam quadraginta annorum persecutionem, cujus exordium ad annum Christi 343. cum Bollandianis differt, a Sapore excitatam fuisse contendit; sibi quae opponuntur Acta SS. Jonae, Brichefii, & aliorum novem Martyrum, siquidem ibi Sapor anno regni sui decimo octavo, id est, Christi 327. vel, ut censet Petavius, 328. Persecutionem adversus Christianos commovisse dicitur, respondet hisce verbis: *Satis etiam horum Actorum auctoritate, quis non videat annum Saporis 18. pro 38. facile inreperere potuisse in eis aut describendis, aut in aliam linguam ex Persica vertendis?* Ruinaro adimplatur Tillemontius; qui idcirco horum Martyrum Passionem in annum Christi 346. rejicit. Verum quum annus ille, Saporis scilicet decimus octavus, non alphabeticis literis, aut numeralibus notis, quibus mendum facile posset obrepere, sed verbis integris, atque discretis in omnibus, quae extant, Chaldaicis, Graecisque Actorum editionibus referatur; idque sine ullo certo argumento ab utroque autore adferatur, hanc plane sententiam veluti inanem, futilemque improbandam esse, nemo, nisi poeta, cui quidlibet audendi, fingendive inest potestas, inficias ibit. A recentioribus autem latinis, qui hanc duodevigesimi Saporis anni Persecutionem ad Constantii Imperatoris tempora protrahunt, scire vellem,

Et Tillemont-
tius.

unde-

demus, vulgus omne hominum, pauperes perinde atque locupletes? Quamobrem videte quo jure nos cogatis obsequium praestare rei, ad universi servitium, utilitatemque creatae, quamque nostro Deus imperio, potestati et subjecit: aut quo etiam consilio nos ejurare jubeatis Deum, qui Caelum, Terramque creavit, qui mare, & libratam in medio tellurem produxit, qui summa, ima cuncta molitus est, quem proinde revereri, & colere debent etiam, qui summum in homines habent imperium? Nemo etenim mortalium non ejus ope indiget, quum ipse numine, & consilio consent, & regantur universa: ipse contra nullius egeat. Nec enim ex indigentia cuncta haec condidit, sed ut ex operum praestantia opificis majestas, & excellentia mortalibus innotesceret. Sed & his luculentissima Scripturarum, quibus Idololatria prohibetur, oracula adiecit. *Nefaciat*, inquit, *vobis omnem imaginem, & omnem similitudinem, neque colatis eas. Ego sum primus, & novissimus. Ego sum, & non est alius Deus praeter me. Et gloriam meam alteri non dabo, neque laudem meam sculptilibus. Ego mortificabo, & ego vivificabo. Non est qui se eripias de manibus meis.*

2 Reg. 20. 4.

Apostol. 1. 17.

Deut. 3. 24.

Esa. 42. 8.

2 Reg. 2. 6.

Quaestioni nota subjicitur.

Candentes laminas sub axillis sustinet.

Et acerbiora tormentorum genera optat perpetui.

Iesus Christus Filius Dei,

Obstupere ad haec Magorum Principes, ejusque in dicendo vim veriti: Cavendum utique, ajebant, ne quis istum, pro sua Religione aliquando orantem, audiat: secus vel ipsi Solis cultores a nostris Sacris avertentur, nosque Religionis reos conclamabunt; quemadmodum ejus Socii modo vociferabantur. Quamobrem noctu de illo quaestionem haberi deinceps volumus. Proferuntur interim aeneae laminae, prunisque ardentibus suppositae, candesciunt, & simul mallei duo pariter candentes. Utraque Beati Martyris axillis adplicantur: Utique, ajunt, per fortunam Regis Regum, si alterum ex his excusseris, Christianorum fidem te abnegasse, dicemus, Quibus Beatus Brichiefus: O mali dacinones, impiique Regis administri! Non utique, per Dominum Nostrum Jesum Christum Filium Dei, non, inquam, ignem vestrum reformido, nec una

conteretur: anima autem mea ignem non reformido, nec una meo coram deo, & per te non peribit. Ego sum, & non est alius Deus praeter me. Et gloriam meam alteri non dabo, neque laudem meam sculptilibus. Ego mortificabo, & ego vivificabo. Non est qui se eripias de manibus meis.

Quaestioni nota subjicitur.

Candentes laminas sub axillis sustinet.

Et acerbiora tormentorum genera optat perpetui.

Iesus Christus Filius Dei,

ذعبل : لا تسمة دهنم عنم
 حذو دلالتو جمع نمخم لا جنل
 ان : مسجا من اهلقتهم حد اخذ
 لا نفل : لا تسمة منملا ان لحم
 كالتو : ساه دل عدلا جسد
 همخذ بلوجه الهامة ل : منه
 اخذ جنل اخذك دمهلا التو :
 جف لس دمهلا دل اهل
 لندلا الهامة من دل جيل
 مدهس الهامة من التو منملا
 دجل مسعدا بل : شج بلجه
 هفخذك اخذك اذبهه لس تسفة
 مختسة : اهلقتهم مستجوه
 الهامة دمهلا تسلا دلالت .
 الهامة لسب الهامخ لس :
 منل ماب : اهلل سل اله لس
 ليعر : لعلل عدل علم لس
 تسلا تسلا حذو كلسلا :
 حبل ماب هسلا الهامة لس : لا
 التو دمهلا لس نفل دمه
 مملل جلدل اله لس لس جنل
 لس تسلا لا اخذك لك : دلل سلا
 لك لملل مسس دمهلا مده :
 مبهه الهامخ لس : سخر دفا :
 منل سس الهامة لس ان ان نجو
 انل دفا تسلا مختلفا :
 شجب حبه الهامخ لس لا لمجم
 يعر ماب : هلا من التو بل ل
 هلا من كتبل : منل سس الهامة
 لس . عملا لعلل الهامخ لس
 دمهلا سس مسعدا دللس
 لسلس دلل دللس منعس حذو
 دل سلهس كاهقا جنل لس
 من مملل ماب لملل ماب
 حذو لملل مملل مملل حذو : هلا
 منل لجة تسجه لس هلا
 لس دل عدس دمه : مدهذ
 دلل سلا مملل اذس ماب سس
 بلل دمل دلل هذو دمه : هلا
 لس بلل سلهس كاهقا مسعد
 سفق

ex vestris laminis mihi excidet . Quin
 etiam per Deum vos obsecro , percurrite
 omnia tormentorum genera , & , si quae oc-
 current acerbissima , eadem in me experi
 quamprimum festinate . Qui enim bellum
 pro Deo suscepit , is sibi rem fortiter geren-
 dam intelligat , ille praecipue , quem Deus
 eximio aliquo munere ornavit , vel ad hono-
 ris gradum provexit . Dixerat ille , simulque
 Judices jubent , liquidum plumbum in ipsius
 nares , atque oculos infundi , & hoc modo
 adfectum , in carcerem deportari , ibique al-
 tero pede suspendi .

Plumbum li-
 quidum in e-
 jus nares , at-
 que oculos in-
 funditur , mox
 in carcere al-
 tero pede su-
 spenditur .

Post producitur Jonas , cui Magi :
 Dic , ajunt , Jona , quomodo vales ? Fortaf-
 se permolesta tibi addidit praeterita nox , in
 gelido stagno pernoctanti . Jonas vero : Non
 per Deum , inquit , quem anima mea mox
 adfuturum praestolatur ; non , inquam , a
 die , quo me Mater mea in lucem effudit , alia
 mihi unquam suavior , graviorque obtigit ;
 Christi enim patientis memoria , atque cogi-
 tatione sum interim mirifice recreatus . Tum
 Magi : At sodalem tuum , scito , dudum abren-
 unciasse . Equidem , respondit ille , & ego
 sciebam , illum abrenunciassse diabolo , &
 Angelis ejus . Rursus Magi : Vide , Jona , ne
 male percas , a Deo proinde atque ab ho-
 minibus derelictus . Quibus S. Jonas : Mir-
 ror , ait , quum fatui sitis , de sapientia nihilo-
 minus vos tantopere gloriari , atque praedi-
 care , caussas , & judicia summa cum sa-
 gacitate a vobis discuti , & expediri . Sed ,
 si sapitis , judicate , utrum cuiquam morta-
 lium expediat frumenta sua , in horreis con-
 dita , procul ab imbrium , tempestatumve
 injuriis adfervare , an eadem potius plena
 manu , alacri corde , fidentem in Deum
 animo seminare , in spem futurae messis ,
 in qua ex modico semine , aream tritico
 uberrimam sese recepturum confidit ?
 Si quis enim frumenta sua , in horreis
 conclusa , detineat , nullum ista incremen-
 tum habent , imo paullatim decrecent
 & omnino dispereunt . Hoc idem in re
 nostra agi , existimate . Nam si quis pro
 nomine Christi vitam suam profuderit in

Rursus sili-
 tur Jonas .

Christi patien-
 tis memoria ,
 mirifice re-
 creatus .

Solum abren-
 unciasse dia-
 bolo , adve-
 rat .

Docet potius
 moriendum ,
 quam a Chri-
 sti Fide ducen-
 dum .

Item. Inde veto conjicere licet, Sanctos Jonam, & Brichiesum Ecclesiastico aliquo muncere fuisse insignitos.

(9) *Ex loco isto*, nempe Ur Chaldaeorum, sive Orche Babylonice urbe, in Arabiae Deserta confinio posita. Heic natum esse Abrahamum Patriarcham, verisimile est, quando ex ea dicitur profectus Genes. cap. 11. v. 31. & Haran fratrem ibi mortuum constat ibid. v. 28.

(10) Defunt in Actis a Lipomano ex Codice Veneto vulgatis Psalmi LXV. Davidis versus 15. & 16. qui juxta Syriacam Bibliorum editionem heic proferuntur.

(11) Hoc S. Jonae responsum sic Metaphrastes interpolat. *Respondit Beatus Jonas; & Resse, inquit, dixisti, scripturas decipere & decipiunt enim Scripturae Graecorum. Nec aliud magis hominem decipit, quam vita Mundi hujus. Quisquis autem Christi gustat afflictionem, is numquam fallitur.*

(12) Quem Aetorum locum idem Metaphrastes parum feliciter reddidit his verbis. *Audientes haec Magorum Principes, iracundia plenius infurunt, picem in magno vase liqueferi, & caput ejus a ministris abradi; tum ipsum sanctum in succum ita conjici, ut caput exaret. Fecerunt inquit ministri, quod fuerat imperatum, & Sancti Viri cutem capitis, ac linguam in vas picis plenum immerferunt; deinde totum etiam ipsum Sanctum in picem in medio vase vehementissime aestuantis conceperunt. Verum Sancto Jonae in vas conjecto, statim tota pix e vase defluxit, ita ut eum non attingeret, nec ulla in parte laederet.*

(13) idem ex uno eodemque *Hormisdas* Magorum Principe, duos facit, alterum *Majstrab* alterum *Serorb* perpetam appellans.

(14) Idem pro *Maabarnafese* corrupte legit *Maarnefem*.

(15) Hunc *Abissozam* vocat ex Metaphraste Lipomans, additque, eum solutus quingentis *Miliariis daricis*, hoc est, octingentis & quadraginta circiter drachmis argenti (nam

Miliarium est nummi pars duodecima: Daricus autem moneta olim Persica, par Attico stateri, viginti drachmarum argenti fuit) & tribus vestimentis Sericis, non solum Jonae, & Brichiesi, sed priorum etiam novem Martyrum corpora redemisse.

(16) Lipomans ex Metaphraste corrupte legit: *Ijaias Adami filius*.

(17) *Arzanisae*, hoc est, ex Arzum oriundi. Arzum autem urbs Armeniae in confinio Mesopotamiae, mercatura, officinis, opibus hodie florentissima: Episcopalis Syrorum Jacobitarum sub Metropolita Tagritensi; Nestorianorum vero sub Nisibeno, Arabibus *Arzan*, vel cum addito *Arzum*, qui *Arzal Rum*, seu *Arzum*, hoc est, Arzan Romanorum, dicta, quod nimirum terminus esset ditionis Romanorum. Unde *Arzanene* regio, quam, ut scribit Rufus Festus in Breviario, & Ammianus lib. 15. cap. 17., una cum Sophene, Intilene, Zabdicene, & Corduene Narces, Perfarum Rex, anno Christi 297. Romano Imperio cedere coactus fuit. *Arxane* dicitur Theophani; *Azanene* Marcellino; *Asiane* Petro Patricio; *Arzanicum oppidum* Procopio; *Azirin juxta Euphratem fluvium* Ptolemaeo. Vide Cl. Herbelotium, qui Biblioth. Orient. pag. 131. errorem quorundam recentiorum notat, qui *Arzan*, seu *Arzum* in Assyria ponunt; & *Afsemanum* tom. 2. & 3. par. 2. ubi ejus Episcoporum tum Jacobitarum, tum Nestorianorum, seu Chaldaeorum seriem exhibet, & Baudrandum merito arguit, quod in suo Lexico Geographico Arzum cum Assyria confundit.

(18) Pro Luna Decembris 29. quae anno Christi 327. quo horum Sanctorum Martyrum mortem contigit, ostendimus, in solarem ejusdem Mensis diem 24. incidit. Metaphrastes habet vi. & iv. *Calendas Aprilis*, hoc est 27. & 29. Martii: *Interfessi sunt*, inquit, *novem ex iis Christi Martyribus vi. Calend. Aprilis: reliqui autem duo iv. Calend. ejusdem Mensis*.

ADMONITIO

In Acta SS. Martyrum SAPORIS, & ISAACII Episcoporum;
Necnon MAHANIS, ABRAHAMI, & SIMEONIS.

Alteram Persequutionis procellam Sapore II, Perfarum Regem, anno Regni sui Trigesimo, qui, ducta supputatione ab anno Christi 309. quo Rex in utero matris inauguratus est, in ejusdem Christi annum 339. recta competit, uno, nempe, anno antequam saevissimam illam, quae per quadraginta annos serbuit, indiceret, in Christianos excitasse, impellentibus ad id Magis, qui occasione debacchandi in Christianam Religionem nullam non captabant, discimus ex genuinis horum Sanctorum Martyrum Actis, quae ex Codice Chaldaico Nitriensi Vaticano II. nunc primum in lucem heic prodeunt, quaeque dispositioni, ab ipsius Codicis calligrapho servatae, inhaerentes, Actis Sanctorum Jonae, Brichiesu, & aliorum novem Martyrum, anno Saporis Regis decimo octavo caesorum, consulto subjungimus.

Porro non levis est difficultas, an sancti Sapor, & Isaacii Episcopi, & Martyres, de

Persequutio
in Christianos,
anno Saporis
II. Perfarum
Regis 30.

An Sapor, &
Isaacius alii

sint ab his, qui
in Actis SS. Nar-
setis Episcopi
laudantur .

de quibus agimus, iidem ipsi sint, quos laudat Sozomenus Hist. Eccles. lib. 2. cap. 13. prope finem, & quorum Passionis compendium, ad calcem Actorum SS. Narsetis Episcopi, & Josephi ejusdem discipuli adpositum, ex Codice Chaldaico Nitriensi Vaticano I. superius exhibuimus? Assemanus noster Bibl. Orient. tom. 1. cap. 4. pag. 17. & cap. 12. pag. 189. auctoritate utriusque Codicis Nitriensis, nempe, Primi, & Secundi, ductus, eos ab his distinguendos esse, putat; quos proinde eodem, quo Narsetis Episcopus, & Josephus ejusdem Discipulus, anno, Saporis, scilicet Persarum Regis 34. Persequutionis quadraginta annorum 4. lauream adeptos, adfirmat. Mihi vero iidem plane videntur; nam praeterquamquod eandem dignitatem, atque uomen prae se ferunt, idem ferme Martyrii genus utrobique occurrit; nec aliud discrimen invenire est, quam quod in priori Codice Ardashiri, seu Artaxerfis, Hadiabi Praefidis, heic vero Saporis Regis iustu interfecti dicuntur. Unde plane evincitur, vel annum Saporis Regis 30. pro 34. in fufioribus hifce Actis a calligrafo Codicis II. describendis obrepfisse, vel, quod mihi verifimilius est, eorumdem Sanctorum Martyrii compendium perperam a calligrafo Codicis I. Actis SS. Narsetis, & Josephi fuisse adnexum. Idque vel ex eo confirmatur, quod nulla ibi de SS. Saporis, & Isaaci Episcoporum Martyrii anno fit mentio, neque eisdem focii adjunguntur Mahanes, Abrahamus, & Simeon, quos tamen, ex ipsis Actis constat, una cum iis comprehensos, & ad Saporem Regem adductos, Martyrium subfisse.

Eorum memo-
ria & cul-
tus .

Martyrii dies
incerta :

Ceterum Saporis & Isaacii Episcoporum certaminis compendium, ex hifce quidem Actis, ut legenti patet, defumtum, refert Menologium Graecorum, iustu Basilii Porphyrogeniti Imperatoris editum, die xx. Novembris, eifce alios a nostris Martyrii focios adjungit, nempe Johannem Episcopum, Dapium, & Ifacium Presbyteros, necnon Onam Ascetam; de quibus videtis Admonitionem nostram in Acta Sancti Narsetis Episcopi, & fociorum, in qua ejusdem Menologii verba descripsimus. Unde autem laudatum Menologium eorumdem Sanctorum Martyrii diem & mensem hauserit, nobis haud liquet, quum utrumque Acta silentio praetereant, nec ullibi id expreffum habeatur. Quamquam enim horum Sanctorum Corpora Edessae in nova Aede Martyrum adfervari, Scrip- tor in titulo Actis praefixo perhibeat; atamen quum celebris illa Aedes, in honorem SS. Guriae, Samonis, & Habibi Martyrum quarto Christi seculo ineunte exftructa, Mahometanis postea rerum Orientalium potitis, in Mescuitam cesserit, nullam eorumdem Sanctorum memoriam ne in Sacris quidem Edessenae Ecclesiae fastis, qui superfunt, re- perire licuit; nec nobis aliunde, quam ex Codice Chaldaico Nitriensi Vaticano II. iidem Martyres, Mahanes praefertim, Abrahamus, & Simeon innotescunt.

ܐܚܝܬܐܘܟܘܢܐ

ܕܥܡܕܐ ܐܚܝܬܐܘܟܘܢܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ
ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ
ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ

A C T A

Anno Sapo-
ris II. Persarum
Regis 30.
Circa 339.

SS. Saporis Episcopi Beth-Nictoris, & ISAACII, Episcopi Carchae
Beth-Seleuciae; necnon MAHANIS, ABRAHAMI, & SIMEONIS,
qui sub Sapore, Persarum Rege, Martyrium obierunt,
quorum Corpora hodie Edessae jacent in nova
Aede Martyrum intra Urbem.

Atrox in-
Christianos
Persequutio
Ejus occasio.

ANNO Trigésimo Saporis, Persarum
Regis, Magi adversus Nazarenos
haec detulere ad Regem : Nunc,
ajc-

ܐܚܝܬܐܘܟܘܢܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ
ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ
ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܚܘܨܐ

ADNOTATIONES.

(1) **N** *Azarenos*, i. e. Christianos, qui non nisi eo nomine in Perſide, aliisque Orientis regionibus hodieum vulgo nuncupantur.

(2) Nullus hujus nominis locus apud Geographos occurrit; unde pro *Aſſbareſa*, puto legendum **قنطرة** *Pbareſa*, Urbs Perſidis olim ampliſſima, quam Graeci, Latiniſque *Perſepolim* vocant.

(3) Conſonat Compendium Martyrii Sanctorum Saporis & Iſaacia, quod ad calcem Actorum Sancti Narſetis Epifcopi & Joſephæ, ejus diſcipuli, ex Codice Chaldaico Nitrieniſi Vaticano I. ſuperius exhibuimus; ſed nomen oppidi, cujus Epifcopatum Sapor geſſit, ibi deſideratur. Porro *Beth-Niſtor*, ſeu *Nicator*, oppidum regionis Beth-Seleucia, alias Garmæae in Aſſyria apud *Nicatorum* montem, quem haud procul ab Urbe Arbela collocat ex Strabone Cellarius tom. 2. Geograph. antiq. pag. 771.

(4) *Carcha*, Arabibus **الكرك** *Al-Carch*, Urbs Garmæorum in Aſſyria, haud procul a Beth-Nicatore, quae pleno nomine dicitur **قنطرة حرم**, hoc eſt, *Carcha*, ſeu oppidum *Beth-Seleucia*, & abſolute **حرم** *Beth-Seleucia* Straboni vero *Soloe*. Vide Aſſem, Bibl. Orient. tom. 3. par. 2.

(5) Bonorum Creatorem Perſae *Hormiſdæsem* vocant, Malorum vero auctorem *Harmænem*, ſive *Arimanem*. Hinc autem liquet, Perſas olim palmari Manichæorum errore fuiſſe implicitos. Idque luculenter confirmat Agathias Scholaſticus lib. 2. pag. 62. *Perſæ vero*, inquit, *Zoroaſtrem ſub Hyſtaſpe, ſimpliciter tamen, citraque ullam adjectionem, viſiſſe, aſunt; adeo ut valde ambigatur, neque certo ſciri poſſit, an Davii pater, an alius quiſpiam hic Hyſtaſpes fuerit. Quocumque vero tandem tempore floruerit, auctor eis, & Dux Magicae Religionis ex-*

*ſiſit: priſtinoque Sacrorum ritu immutato, conſuſameas quaſdam, & varias opiniones induxit. Antiquiſtus enim Jovem, & Saturnum, ceteroque omnes Deos, a Graecis celebratos, colebant, eo excepto, quod non eaſdem adpellationes retinebant; ſed Belum quidem Jovem, & Sandem Herculem, Anaitida Venerem, aliterque alios vocabant, ut alibi Berofus Babylonius, & Athenocles, & Symmachus, qui antiquiſſimas Aſſyriorum, Medorumque res conſcripſerunt, reſtantur. Nunc vero majore ex parte cum iis, qui Manichæi dicuntur, conveniunt; quatenus duo prima principia ſtatuunt, atque alterum quidem bonum, & optima quaeque ex ſe gignunt, alterum contrario plane modo ſecundum haec duo ſe habens; nominaque illis induunt barbara, ex ipſorum lingua ducta. Bonum enim ſive Deum, ſive Creatorem *Hormiſdæsem* adpellant; *Arimanem* autem peſſimo illi ac pernicioſo eſt nomen. Feſtum etiam omnium maximum, quod malorum ſublationem vocant, peragunt, in quo ſerpentes quamplurimos, & ex aliis animantibus, quocumque deſertis in locis degant, interficiunt; Magis offerunt, veluti in argumentum pietatis. Ea enim ratione credunt, ſe bonam, gratamque Bono illi operam navallæ, ingratos vero, & noxiam *Arimani*. Haëtenus Agathias.*

(6) In praefato Martyrii Compendio, quod in Codice Nitrieniſi I. ad Acta SS. Narſetis, & Joſephi adjectum eſt, primum laudatur Sapor, tum Iſaaci, ambo autem Ardaſciri, ſive Artaxerſis Hadiabi Praefidis, juſſu interfecti dicuntur, Iſaaciis quidem per Nobiles Chriſtianos Beth-Seleuciensibus lapidibus obrutus, Sapor vero poſt mortem in carcere oppetitam capite plexus.

(7) Horum trium SS. Martyrum nomina, & Acta apud omnes Graecos, Latiniſque Martyrologos, quos videre licuit, deſiderantur.

ADMONITIO

In Martyrium S. MAHARSAPORIS.

Altera Actorum Martyrii Orientalis in Perſequutione Iſdegerdis & Vararanis paſſorū, collectio.

Cujus Aucthor, eſſi incertus, coſequalis tamen, & fide dignus.

Duplicem Actorum Martyrum Orientalium Collectionem, a Chaldaeis, ſive Syris Scriptoribus contextas fuiſſe, alteram eorum, qui regnante Sapore II. congnomento Longaevio, alteram eorum, qui ſub Iſdegerdis I. & Vararanis V. Perſarum Regum Perſequutione, lauream adepti ſunt, jam in Praefatione Generali monuimus. Illam noſtris adornatam obſervationibus, ex S. Marutha Tagriteniſi Epifcopo, in lucem protulimus; ex hac autem, quam non a laudato quidem Marutha, ut caeſet Clariffimi Bibliothecae Orientalis Aucthor tom. 1. pag. 181. Verum ab alio incerto, coaequali tamen, & fide digniſſimo, Scriptore Syro editam fuiſſe, ibidem demonſtravimus, duo tantum Martyria nobis ſuppeditat Codex Chaldaicus Nitrieniſis Vaticanus II. Sanctorum, ſcilicet, Maharsaporis, & Jacobi Interciū, quae Interim in hanc Adpendicem refe-

referenda duximus, donec reliqua bene multa, quae in Aegypti, & Syriae angulis adhuc fortasse delitescunt, & quorum nonnulla in Scetenſi Syrorum Monasterio, quum Niriſaſem ſolitudo anno 1715. luſtraret Joſephus Simonius Aſſemanus ſe vidiffe reſta-
tur, ad nos deveniant; atque ex iis omnibus, ſecundum rationem temporum exacte
compoſitis, alterum hujus noſtri Operis Volumem conficiatur.

Porro de Authore hujus Perſequutionis, deque anno, quo eadem indicta fuit, in
diverſas ſententias ſciſſi ſunt Scriptores. Eam Theodoretus lib. 5. Hiſt. Eccleſ. cap. 39
ab Iſdegerde I. commotam fuiſſe, tradit, occasione Abdae Epifcopi, qui *immoderato*
zelo pulſus, Nugnor, ideſt, Templum Igni, Perſarum Deo, conſecratum, deſtruxerat.
Quod quum inſtaurare abauifſet Abdas, Iſdegerdes occiſo Abda, everſiſque Eccleſiis,
graviſſimos, ac ſaeviſſimos ſuctus adverſus alumnos pietatis excitavit, inquit Theodoretus,
ac triginta jam elapſis annis permansiſſi nihilominus, a Magis tamquam quibusdam ventis,
ac turbiniſus ſuſcitata. Iſdegerdis quippe filius, quem Theodoretus *Gororanem*, So-
crates vero, aliiſque rectius *Vararanem* apellant, patri ſuſſectus, perſequutionem auxit,
cujus acerbitatem hiſ verbis exponit idem Theodoretus. *Suppliciorum autem varias ſpec-*
ies, & tormenta ab illis excogitata, quibus pios homines excruciarunt, baud facile eſt ex-
ponere. Aliorum enim manus, aliorum terga excoriarunt, aliorum capita a fronte exorſi,
ad barbam uſque cute nudarunt. Nonnullos ſectis per medium arundinibus operiebant. . . .
Deinde quum firmiſſimis vinculis a capite ad pedes uſque eos conſtrinxiſſent, ſingulas arundi-
nes vi extraherant, ut vicina cute ſimul tracta, acerbiffimum dolorem adferrent. Foveas pra-
terea fodientes, eaſque diligenter oblinientes, magnorum murium agminibus implebant, pie-
tatiſque Athletas eis in pabulum praebebant, manum illorum ac pedes vincientes, ne beſtias
a ſe abigere poſſent. Mures itaque, urgente ipſos fame, carnes Sanctorum paulatim depoſce-
bantur, diuturnum, & acerbum cruciatum eis inferentes. Alia praeter ea multo graviora ſup-
plicia excogitarunt. . . . Nec tamen Athletarum ſortitudinem frangere potuerunt. Ultra enim
adcurrerant, mortem, qua immortalis paratur vita, oppetere cupientes. Nonnulla poſtea
ſubjungit de Hormiſdate, Suene, & Beniamino Martyribus, quorum primum ſub Sapo-
re Rege, poſtremum vero ſub Iſdegerde coronatum, perperam tradit Martyrologium
Romanum die xxviii. Auguſti, & xxvii. Novembris; quum certum ſit ex eodem Theo-
doreto loc. cit. eos neque ſub Sapore, neque ſub Iſdegerde, ſed imperante Vararane
Martyrium ſubiſſe. Theodoretus adſtipulatur Cyrillus Scyopolitanus in vita S. Euthymii
Abbatis, quae per Monachos Benediſtinos Congregationis S. Mauri Graece, & La-
tine prodiit. *Initio*, inquit Cyrillus, *motae tunc Perſequutionis in Perſide circa finem*
Regni Iſdegerdis, Perſarum Regis, quum Magi omnes Chriſtianos capere vellet, ſubdito-
rum Saracenorum Praefectos ubique conſtituerunt, ne quis Chriſtianorum, in Perſide degen-
tium, ad Romanos confugeret. Id Marcellinus in Chronico, Conſulatu Theodoſii IX.
& Conſtantii III. hoc eſt, anno Chriſti 420. conſignat; Pagius vero in Critica Baronii,
ad annum 414. ex Theophane revocat, additque Perſequutionem, ab Iſdegerde cauſa
Abdae illo eodem anno inchoatam, duſſe uſque ad annum 420. quo Iſdegerdes interi-
it. Theophanis haec ſunt verba. *Hoc eodem anno, Incarnationis, ſcilicet, ſecundum*
Alexandrios 406. qui Kalendis Septembris anni Dionyſiani inchoatur, non vero 408.
ut habet Baronius, Iſdegerdes, Perſarum Rex, Marutbae primo Meſopotamiae, & Abdae,
Regiae in Perſide Civitatis Epifcoporum ſuaſu ductus, in pietatem totus propendebat, adeo ut
viſis Marutbae mirandis operibus, Baptiſmum jam jam ſuſcepturus videretur, unde & Ma-
gos, ea ſeductores, variis excogitabat ſupplicis. Anno vero vigefimo (Imperii ſui) diem obiit
extremum. Perſequutioni porro ab eo ſuſcitatae cauſam dedit Abdaas Regiae Perſidis urbis
Epifcopus, divino quidem zelo motus; at non eo ex rationis norma uſus, Ignis templum ſuccen-
dit. Eo cognito, Rex erectus per totam Perſidem regionem Eccleſias everti juſſit: Abdaam au-
tem diverſis adſixit tormentis. Perſequutione ad quintum uſque annum prorogata, plures,
imo Martyres innumeri declarati ſunt. Latentes enim Chriſtianos per urbes, & vicus Magi
venatorum more inſequebantur. Chriſtiani ſe ipſos viris Conſularibus prodebant, ne vel ſilen-
tio Chriſtum abnegaffe viderentur. Quibus demum ad mortem hoc pacto quaerſtis, plurimi
tormentorum vi neci traditi ſunt: multi etiam ad Romanos transfugerunt. Haec Theopha-
nes. Quibus quidem verbis, ut legenti patet, unam eandemque Perſequutionem, ab Iſ-
deger-

Quis eius
Perſequutio-
nis author? &
quo anno indi-
cta?

Perſequutio-
nis acerbitas -

Martyrol. Ro-
man. lapſus.

dederde excitatam, & a Vararane ejus filio continuatam, complectitur. Quam quum annos quinque perdurasse, dicat, plane inde colligitur, ejus finem ad annum Theodosii Junioris 21. & 15. seu Christi 422. revocandum, quo, teste eodem Theoplane, *Theodosius Imperator licet armorum vi Persas & victoribus premeret; Christianorum tamen, in Perside commorantium, sanguini parciturus, summa clementia ductus, pacem amplectatur, & Heleonem, Patricium Virum, summis honoribus auctum, & Anatolium, Orientis Praefectum, legatos pacis foedus firmaturos mittit. Vararanes, cognita suorum jacitura, lubens admittit legatos, atque ita excitatus in Christianis Persequutionis motus vesedit.* Atque adeo ejusdem Persequutionis initium non ad annum Christi 414. ut contendit Pagius, verum ad 418. à Theoplane, & quidem congruentius ad Theodoretum, & Cyrillum sententiam referri, manifestum est.

Ceterum Socrates lib. 7. Hist. Eccles. cap. 18. nulla de S. Abda, ejusque facinore facta mentione, scribit, Isdegerdem Christianos, in suis ditionibus degentes, nullatenus persecutum esse, sed Vararanem, ejus filium, ac successorem, Magorum consilio inductum, eos graviter exagitasse. *Isdegerde*, inquit, *Rege Persarum, qui Christianos, Persidem incolentes, minime fuerat persecutus, mortuo, Vararanes, ejus filius, susceptis Regni gubernaculis, a Magis ad eam rem impulsus, Christianos acerbè exagitavit, cruciatus & tormenta varia, Persarum more, illis infligere coepit. Itaque Christiani, qui inter Persas habitabant, necessitate coacti, ad Romanos confugere, orare, ne illos tam misere opprimi, patiantur. Atticus Episcopus illos supplices benigne excipere, omnem suam curam & cogitationem ad opem illis ferendam convertere, Imperatori Theodosio rem palam facere.* Agathias itaque Scholasticus lib. IV. pag. 136. Regum Persarum feriem texens, expressè notat. *Isdegerdem, quum unum & viginti annos regnasset, nullum unquam adversus Romanos bellum suscepisse, neque ulla eos adfescisse molestia.* Idem habet Procopius lib. 1. de Bello Persico, cap. 2. & Nicephorus Hist. Eccles. lib. 14. cap. 19. ubi Abdam Episcopum, cujus causa Persequutio excitata est, non ab Isdegerde, sed a Vararane interfectum perhibet. His consentiunt ex Syris Scriptoribus, qui Persequutionis hujusce meminerunt, Gregorius Bar-Ebraeus, cognomento Abulpharagius, & Dionysius Patriarcha Jacobitarum. Ille Hist. Dynast. Par. 7. pag. 92. haec profert. *وهذا*

الزمان كثر النصراني في سلطنة الفرس. وظهرت النصرانية جدا على يدي مرقا اسقف ميافارقين. الذي ارسل من تادوسيس الصغير للفرس. ثم ان يزيد بن ملك الفرس مات وملك بعده وجرران ابنه ويشد عدى النصراني. وواقع الروم والفرس وقتل من الفريقين خلق كثير وكانت الهزيمة على الفرس. وزال التشديد على النصراني. Hoc tempore, imperante, nimirum, Theodosio Juniore, magnus fuit Christianorum numerus in Regno Persarum, & valde propagatus est Christianismus opera Marutbae Episcopi Maipharaçensis, seu Tragritensis, qui a Theodosio Juniore ad Persas missus est. Deinde mortuo Isdegerde, Persarum Rege, regnavit post ipsum Vararanes, ejus filius, qui Christianos persecutus est. Commissumque est Romanos inter & Persas praelium, in quo magna ex utraque parte hominum multitudo caesa est. Persae vero infugam versi, & sublata est a Christianis Persequutio. Dionysius vero in Chronico ms. Cod. Syriac. Vatic. XIII. ejusdem Persequutionis initium conjicit in annum Graecorum 732. Christi 421. quo Vararanes regnare coepit:

وهذا ما قدهنا. سنة مائة وثمانين واربعمائة من الهجرة النبوية. سنة ثمان مائة واربعمائة. Anno, inquit, septingentesimo trigesimo secundo acerbè, vehebemè. & crudeliter Persequutio adversus Christianos in Perside excitata est. Pacem vero Romanos inter, & Vararanem constitutam fuisse, simulque Persequutionem conquievissè, notat, anno Graecorum 738. Christi 427. وهذا ما قدهنا. سنة ثمان مائة واربعمائة من الهجرة النبوية. سنة ثمان مائة واربعمائة.

Atque ita bellum, propter Christianos in Perside degentes susceptum, confectum est: simul etiam Persequutio, quae adversus ejusdem regionis Christianos excitata fuerat, conquievit.

Quae

Quae ipsissima sunt Socratis verba lib. 7. cap. 20. ubi id factum dicitur Consulatu Honori XIII. & Theodosii X. anno 4. Olympiadis trecentesimae, hoc est, Christi 422. ut observat Pagius.

Verum Theodoro, & Cyrillo Scriptoribus adcuratissimis, omnique exceptione majoribus, ut pote coequalibus, omnis hac in re fides habenda videtur. Ideoque dubium non est, quin Socrates, ejusque breviores decepti fuerint in assignando tempore. quo haec Persequutio in Perside saevit; quamvis Baronius ad annum 420. num. XVI. id in medio relinquat, dicatque, sese Lectoris iudicio permittere, cujusnam sint potiora jura. Non dubium etiam, quin haec Persequutio sub finem Regni Isdegerdis, seu anno Christi 418. coeperit; quum id & Cyrillus, ac Theophanes uno consensu scribant, & ex Theodoretis verbis, superius laudatis, adprime colligatur. Nec Theophanes, Persequutionem, ab Isdegerde post Abdae facinus excitatam, ad annos quinque prorogans, adversatur Theodoro, qui eandem annos triginta perdurasse, adferit; ille enim tempus tantummodo designat, quo ante pacem, Romanos inter, & Persas constitutam, ea desaevit; hic vero totum intervallum, quo Christiani in Perside cum ab Isdegerde, tum a Vararane quomodocumque divexati sunt. Nam etsi occasione pacis Persequutio conquieverit, ea tamen identidem inflaurata fuit, & uti loquitur ipse Theodoretus, qui haec scribebat circa annum Christi 449. *Ac triginta jam elapsis annis permansit nibilominus a Magis tanquam quibusdam ventis ac turbibus suscitata.* Quae quidem sententia ex his, quae S. Augustinus tradit lib. XVIII. de Civitate Dei cap. 32. nonnihil roboratur. *Quid modo, inquit, in Perside nonne in Christianos serbuit persequutio, sita- men jam quietis, ut fugienter nonnulli, usque ad Romana oppida pervenerint?* Haec liquidem Augustinus exarabat anno Christi 428. seu juxta Baronium 429. quo ea Persequutio an cessasset, haud satis exploratum sibi fuisse, adfirmat.

Hujus igitur Persequutionis anno quinto, inclytum Maharaporem Martyrem, cujus Acta, omnibus, quos videre licuit, Graecis, Latinisque Scriptoribus prorfus ignota, haec proferimus, lauream obtinuisse, adferendum est, quum anno Vararanis Regis secundo, Mense vero Octobri id Acta expresse consignent, in quibus & Narfes, ac Sabucata Martyres laudantur, quorum tamen Acta desideramus. Qui quidem annus, juxta vulgarem Graecorum, initium anni a Kalendis Septembris ducentium, suppurationem, quam in hisce Actis conscribendis se adhibere, monet eorumdem auctor infra in Martyrio S. Jacobi Intercisi, in annum Christi 422. recta competit. Nam secundum Agathiam Scholaisticum, Sethum Calvisium, Petavium, Pagium, ceterosque Chronologos, ab obitu Saporis II. qui anno Aerae vulgaris 380. contigit, ad Vararanem V. Isdegerdis filium, unus & quadraginta anni numerantur; totidem namque, teste laudato Agathia, regnarunt, qui Sapor ante Vararanem successere, Perfarum Reges, Artaxerxes nimirum Secundus 4. Sapor Tertius 5. Vararanes Quartus 11. Isdegerdes Primus, Vararanis, de quo agimus, pater, 21. Ac proinde ipse Vararanes regnum inivit anno Christi 421.

In hanc plane sententiam it clarissimus Bibliothecae Orientalis Auctor tom. III. Par. 2. pag. 62. Verum quo pacto secum ipse conciliabitur, quum Saporis II. interitum ad annum Christi 370. revocat? Vel itaque, quod nullibi tentat, immanis adeo contra rationem temporum peccati Chronologos omnes, Regum Persarum seriem contextens, infimulare, vel certe, juxta suam de emortuali Saporis anno opinionationem, primum Vararanis Imperii annum in Christi 411. atque adeo Maharaporis Martyrium in annum 412. qui cum altero Vararanis anno componeretur; non vero in 422. aut 421. ut idem scribit tom. I. pag. 181. rejicere debuisset.

Acta Maharaporis haecque ignota.

Ejus Martyrii tempus.

Bibl. Orient. Auctor secum pugnat.

انا وانا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا

sponse sua obtulerit. Tandem comprehen-
 sus, variis molestiis, ac injuriis adfectus est
 ab Hormisdavaro, qui iidem Narsetem
 Martyrem, & Sabucatum socium ejus in-
 clytum Confessorem, varie tortos, necavit.
 Horum enim Martyrum ille socius fuit, &
 una cum ipsis a satellitibus adprehensus est.
 Postremum etiam per triennium crudelissi-
 me divexatus fuit: sed frustra; nec enim
 Tyranno cessit. Quamobrem rursus ad quaes-
 tionem producitur, sententiam postremo
 illo judicio excepturus, quam ipse sibi prae-
 optasset. Judici deinde sistitur, a quo mi-
 nime agnitus fuit: adeo corporis habitus,
 orisque forma ex praeteritarum quaestio-
 num acerbitate, carcerisque diuturni squa-
 lore, ac longa inedia contabuerant, & de-
 fluxerant. Tum Judex: Nostin, inquit, me
 tibi perniciem inferre posse quammaximam?
 An forte ignoras adhuc, iis, quibus haec-
 tenus conficiatus fuisti, supplicii graviora
 tibi pro libito infligere me posse? Itidem,
 si adlubeat, amplissima tibi beneficia prae-
 stare? Mihi enim in te potestas utraque pe-
 rinde expedita est.

Triennio di-
 vexatus Judi-
 ci demum sisti-
 tur.

A quo fru-
 stra minis ad-
 ejurandum. Christum tenta-
 tur.

انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا

Cui B. Martyr respondit: Non me
 perturbat, quod supplicio addicor, quan-
 doquidem hac poena salus mihi, & ingens
 gloria tribuitur. Sed illud sane molestum
 addidit, quod tua, fordide & vilis homun-
 cio, sententia peream, qui a Viro, nobilitate,
 & conditione mihi aequali, fueram
 judicandus. Attamen, quae mihi pridem
 parabas, supplicia adpropera; servus enim
 es, & herili imperio subiectus. Mihi vero
 adest in Caelo Dominus, pro cujus digne
 atque nomine patior, alium praeter hunc inter
 homines Dominum non habeo. Regis
 mandata non detrectabo, ut justa fuerint; si
 autem saluti noxia imperaverit, ea exsequi
 nefas puto. Tu vero imperata perfee, non
 ego te morabor; praefertim quum obesse,
 quam prodesse malis. Neque enim inter omnes
 temporum difficultates ullum casum mihi
 pertimescendum duo: quia Dominus est
 adiutor meus, et ego despiciam inimicos meos.
 Haec animi, inter supplicia eminentis, fir-
 mitas

Ecrogia ejus
 oratio atque
 fortitudo.

انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا
 انا ما وجدنا في ارضنا

Pf. 118.

Sententia in
 cum lata.

AD MONITIO

In Martyrium S. JACOBI INTERCISI.

INfandum ob oculos ponitur spectaculum, quod immanissimam, vel ipsifmet Scytis invifam, regerit feritatem. Inclytus Jacobus Persa, cujus Martyrium mirifice descrip- tum, ex Codice Chaldaico Nitriensi Vaticano II. heic proferimus, ad Christianam Re- ligionem, a qua, Isdegerdi, Perfarum Regi, morem gesturus, turpiter defecerat, quum sub Vararane, ejus filio, rediret, membratim conciditur, unde gloriosum *Inter- cisi* cognomenatum obtinuit, non solum juvenibus, sed & *universae genti memoriam mor- tis suae ad exemplum virtutis, & fortitudinis derelinquens*. Is enim, inquit Nicephorus Hist. Eccles. lib. XIV. cap. 20. *quum antea Christianus fuisset, propter intercedentem sibi cum Isdegerde Perfarum Rege amicitiam, paternam Religionem rejecerat. Postquam autem per matrem, & conjugem rursus ad fidem Christi admonitus revertit, & eam rem Princeps aegre tulit, acerbam quandam, & propter novitatem, admirandam, post supplicia multa, subiit mortem. Nam ubi articulis, & juncturis quibusque in comoda, & apta totius corpo- ris membrorum conformatione, ex manibus, brachiis, pedibus, & suris ei resectis, reli- quum nihil quam una cum ventre caput habuit; quoniam ne tum quidem fidem in Christum abiecit, ei ipsum postremo ferro amputatum est.* Haftenus Nicephorus.

Martyrium
mirificum.

2. Machab. 6
34.

Ejus idcirco gloriae praecones non solum habemus lapides ipsos tot Ecclesiarum, quae in primis Ecclesiae Persicae pacis temporibus in hujus Martyris honorem variis in regionibus, ac praefertim in Syria constructae fuerunt, quas inter insignis est, quae extra oppidi Hefron muros in Libano monte etiamnum perstat, quaeque frequentissimum olim habuit Monachorum Antonianorum Coenobium, sibi adjunctum, & cognomine, nunc vero per Presbyteros seculares ab Evodiis, ad quos ex jure patronatus spectat, admini- stratur; sed & Sacros cum Orientalis, tum Latinae Ecclesiae Fastus, in quibus tanti Martyris memoria celeberrima semper fuit.

Ecclesiae &
Monasterii
sub ejus nomi-
ne.

Et perantiquum quidem Basilii Porphyrogenitae Imperatoris Menologium a nostro Jacobo diem Novembris vigesimum septimum sic auspicatur. *Certamen Sancti, multif- que certaminibus clari, Martyris Jacobi Persae. Jacobus, multis certaminibus insignis Martyr, ex Perside fuit, Theodosio Romanorum Imperatore. Is ob egregiam animi virtutem, generisque nobilitatem in summo apud Perfarum Regem honore habebatur. Erat autem Chri- stianus, & Christianam uxorem habebat; matrem insuper, patremque Christianos; sed ob Regis honorem, ejurato Christo, Solem, ignemque, tamquam Deos, adoravit. Quod ubi mater, & uxor cognovere, dolore adfessae, per literas illum induxere, ut ad Christia- nam fidem rediret. Quare cognitus a Rege, ejusque jussu comprehensus, acerbissimum mor- tem sustinuit. Membra enim ei singula, partisque corporis gladio praeciduntur, donec solum corpus cum capite, ac ventre superesset, quum interim ad unamquamque sectionem gratias Deo ageret. Demum ejusdem Regis jussu, trunco caput amputatur.* Concinunt Graecorum Menaea, Typis edita, quae ad eundem Novembris diem vigesimum septimum, quo Sanctum Jacobum omnia fere Martyrologia commemorant, ista habent. τῷ αὐτῷ μνη-

Memoria &
cultus in Me-
nologio Ba-
siliano.

ἡμετέροις ἱερόδοξοι ἀδελφοί τῆ ἁγίῃ Μεγαλομάρτυρος Ἰακώβου τοῦ Πέρσου Ὁσίου καὶ ἁγίου Ὁσιώτου, καὶ Ἀρκαδίου τοῦ Βασιλείου, Χειριστῶν ἐν ἐσχολοῖς οἰκῶν ἐν ἐκ Βηθλαβὰ τῆ πόλει, ἐν χερσὶ τοῦ Ἐλευθέρου, γένους ἐπέμυ Ἐπειρωταῖς. Ἐπᾶντο οὖν τῷ Βασιλεῖ Εἰσοδηγίῳ πρώτῳ. Διὰ τὴν πίστιν, τὸ οὖν τῷ Βασιλεῖ ἐσθλῶς φιλήδων Περσῶν, ἀπίστῃ πῆς τοῦ Χειριστῶν αἰτίας. Καὶ συμφουλιώδῃ τῷ Βασιλεῖ πρὸς τὴν ἀπόλασιν, ἀπαρνησάμενοι τὸν Χειρὸν. Ἐπᾶν ἡ ἡπὶ μήτηρ αὐτῆ, καὶ ἡ γαμ- μὴ ἠλλοθίσαν ἑαυτῆς τῆς κοιτίας αὐτῆ, καθὸν πῆς τῷ Χειρῷ ἀγάπης, καὶ τῷ Βασιλεῖ αἰσθησάτω. Καὶ ἔσθ' ἀσχηματῶν δόξαν, αἰωνίαν ἀσχημῶν ἠλλάξω ἔ κατὰ κλεισθ. καὶ τῷ αὐτῷ ἔσθ' ἡμετέροις μνήσασθαι, πλοῦτος τῆ ψυχῆς, ἀπίστῃ πῆς ματαίας τῷ Βασιλεῖ ἑμετωσίας, ἔ ἀπικλαίω, ἰθ' οὐ δὲ ἔσθ' ἀποσας ἀπὸ τῷ Χειρῷ, δ' ἵα τοι τῷ καθίσταται τῷ Βασιλεῖ Περσῶν αἰς ἔξῃται, τῷ Βασιλεῖ ἴω ἐν τῷ χαλιπῆτατος. Ὅθεν τὸν πικρὸν πῆς ἑσθ' ἑσθ' ἡμῶν ἐκαστῶν τῷ σώματι ἑμετωσίας κατὰ κλεισθ. καὶ χερσὶ καὶ τῷ πικρῶν, καὶ βραχίονι, αἰς ἑσθ' ἡμετέροις.

In Menaeis
Graecorum.

ληθηται μόνον αὐτῷ μετὰ τῆς κοιλίας, τῆς κεφαλῆς, ἢ τῆς ἐκ πόντων μαχαίρα ἀσμενθῆται;
Eodem Mense (Novembri) die xxvii. Certamen Sancti Magni Martyris Jacobi Persae. Hic sub Honorio, & Arcadio Imperatoribus fuit, ex progenitoribus Christianus, Urbem Bethlabani inhabitans in regione Eluzesorum, generis nobilitate, atque splendore conspiciuus, ac summo ab Isde gerde Rege in honore habitus. Quoniam autem magnopere a Rege Persarum diligebatur, a Christianorum Fide desertit, & Regi in perditionem, Christum abnegando, adhaesit. Idcirco mater, & uxor ab ejus communione alienatae sunt, eo quod dilectioni Christi amore Regis praetulisset, sibi vero, propter temporalem gloriam, ignominiam, & condemnationem comparasset sempiternam. Idque ei per litteras quum nunciassent, intimo animi dolore percussus, ab inani Regis religione desecit, suamque a Christo desolationem deploravit. Quamobrem coram Rege Persarum sistitur ad quaestionem; qui hoc acergerime tulit. Unde acerbam sustinuit mortem, & unaqueque corporis junctura, manuum, pedum, brachiorumque amputata est, ita ut solum ipsi caput cum ventre superesset, quod & gladio tandem abscinditur. Hi praeterea versus subjiciuntur,

Τρυφῆς μαλῶδ' Ἐ σφαγῆν Πίρηνς ἦρως,
 Ψυχῆ σι σώδω θεῦδα μαι μέλη λῆγμ.
 Εἰκάδ' Πίρηνς ἰδοματῶν σφαγῆν θαμιλιδῆς;
 Caesus membratim, etiam necem Persa sustinuit.
 Forti animo, inaniter salva sunt mihi membra, ait.
 Vigesimo septimo Persa jugulatus est.

Eadem ferme leguntur in reliquis Graecorum Menaeis manu exaratis, & apud Maximum, Cytherorum Episcopum; ex quibus desumpta plane videntur pleraque S. Jacobi elogia, quae in antiquis Latinorum Martyrologiis ad praesignatum Novembris diem vigesimum septimum referuntur, ac praesertim illud Auctariorum Hagenoyensium ad Ustuardi Martyrologium, ceteris adcuratius, quod est hujusmodi. *Apud Persidem Passio Beati Jacobi militis, cognomento Intercisi. Hic ex civitate Elape (sic Lapetam vocat) ortus fuit de nobilibus parentibus, & Christianis, & ipse Christianus erat, & uxorem Christianam habuit. Hic Regi Persarum valde familiaris fuerat, & ob ejus amorem conversus est ad Idololatriam: quem mater, & uxor ejus cum scandalo revocaverunt, dicentes, se amodo nolle secum commorari. Unde poenituit, & se Christianum confessus est, & idcirco cultellis membratim incisus. Primo praeciderunt digitos, secundo pedicus, deinde pedes, postea brachia, demum suras crurum usque ad femur usriusque cruris; & non remansit in eo nisi solum truncus. Novissime unus carnyficum iratus abstulit caput ejus, & Christi Martyres fecerunt. Hodiernum vero Martyrologium Romanum breviori, & ab hucusque relatis nonnihil discrepante, elogio Jacobum exornat. In Persia, inquit, Sancti Jacobi Intercisi, Martyris conspicius, qui tempore Theodosii Junioris quum, in gratiam Isdegerdis Regis, Christum negasset; & propterea mater ejus, & uxor ab ipsius se consuetudine subtraxissent, in se reversus, pro Christi confessione Regem adiit, a quo irato membratim justus est concidi, & capite abtruncari. Quo tempore innumeri alii Martyres ibidem passi sunt.*

In Latino-
rum Martyro-
logiis.

In Synax.
riis Syrorum.

Syri quoque omnes Sancti Jacobi memeriam recolunt in Synaxariis suis ad diem Novembris vigesimum septimum, quo & ejus Officium, ex ipsius Martyrii historia, in varias Lectiones, & Hymnos distributa, coalitum, quod una cum aliis Sanctorum Officiis, ad usum Ecclesiae Antiochenaе Maronitarum anno 1556. typis Sac. Congreg. de Propaganda Fide prodiit, solemniter concelebrant. Verba autem Synaxariorum haec sunt.

الذبح الحامد والحمد من اجمع الامم والاعراف والارض
 والارض هو اهل مقدسنا. وحمدت صخرة صخر العرش / اوه مقدسنا له / والارض
 من اعدائه الكفار: فلعلنا / ههنا اهل / مقدسنا له / والارض
 لا يعلو والحمد لله اهل الارض. له اهل الهضاب / يصف ساكنه
 العطر نفس له مقدسه. اهل ارضه والحمد لله. صفت العطر
 صلا صلاه حياض الحجاب العذبه حبه / اهل ارضه / اهل ارضه
 من ارضه

من قبله من اجدده معه احبه حتى في محام الأجدده وحقه . ام اذنا هبة زاده .

Die xxvii. Novembris. Certamen Sancti Jacobi Persae Martyris . Hic Cbristianus erat ; sed , pro Regis Persarum in se amore ac benevolentia , a Nazarenorum fide desitit . Quum autem a matre & uxore per literas ad Fidem in Cbristum , & Creatoris sui cultum revocatus esset , idque palam divulgaretur , Regi sstilitur , qui illum de Religione interrogans , & in Cbristum credentem comperiens , vehementi furore percitus , acerbissimo ipsum supplicio , antequam mortem subiret , adfidelendum praecepit , scilicet , fingulorum ejus articulorum ex manibus , pedibus , brachiis , & cruribus , usque dum corpus cum solo capite , ac ventre exstaret ; eique postremo caput amputatur . Haec Synaxaria Syrorum , quae , ut vides , cum Graecorum Menaeis adprime concordant .

At Synaxarium Coptitarum prolixius Sancti Jacobi elogium , ex genuinis quidem Actis , etsi parum feliciter , ut legenti patebit , depromptum , refert eodem die xxvii. Novembris , adjicitque historiam Translationis ejus Reliquiarum in Aegyptum , cum antiquis tum recentioribus Martyrologis profus ignotam .

Et Coptitarum .

القدیس یعقوب المقطوع . هذا كان من اجناد سكرانس ابن صانور ملك الفرس . وكان له منه محبة وصعبه وذاله يستخيره في جميع امور . وبهذا السبب امال قلب القدیس یعقوب عن عبادة المسيح . فلما سمعتا امه وزوجته واخته انه قد وافق الملك على رايه كتبوا اليه قائلين . لماذا تركت عنك امة المسيح وتبعت العناصر الخلوقة اعني النار والشمس . فاعلم الان انك ان اقمت علي ما انت عليه فان نحن غريبين منك . فلما قرأ الكتاب بكأ قال اذا صكرت هذا قد تعرفت من اهلنا وبنسي صديق التغرب من السيد المسيح . وبذا بقري في كتب النصارى وبكفي . ولما قطع من اذنه ملك الارض . فاشهي لا الملك حاله واستحضره واستكشفه . فلما قرأه على ذلك الحال الذي انهى عليه . فامر بضربه الضرب الوجع . فلم ينتهي عن رايه . فامر بتقطيعه بالسكاكين . فقطعوا اصابع يديه واصابع رجليه واخذوا وسواعده . ثم جعلوه اثنتين وثلاثين قطعة . وكل عضو يقطع منه بوزن بسنج . وكان يقول يا اله النصارى اقبل اليك غصن الشجرة العظيم رجعتك . لان الكرام اذا قلم الكرمه فانها تزهو وتمد عروقها . فلما بقي صدره ورأسه بوسطه وعلم انه قد دنا الوقت الذي يتسلم فيه روحه . سال الرب في العالم وفي الشعب لكي يرحمهم ويتحنن عليهم . وكان يقول انني لم تجف لي يدين ارفعهم اليك . وهودا اعطاني مطروحه حولي . فاقبل يارب نفسي . ولوقت ظهر له السيد المسيح . وجزاه وقواه وانتهجت نفسه . وقبل ان يتسلم الروح اسرع واجد من العهند واخذ رأسه المقدس . ومظا الي مساهن النور الي المسيح الذي احبه . واجد خسده واعظامه اقوام خالفين من الله . فكفنهو جيدا . ووضعه في موضع جيد . فلما سمعت امه وزوجته واخته شهادته فخرجوا واتوا حيث خسده . وقبلوه وكبوا . وطمعوا عليه اكلان فاخرة واطيباب . ولما كان في زمان اركاديبوس وانوريبوس الملكين البارين بنوا كنيسة جديدة . فانصل ملك الفرس جبر الدير وخبر الشهدا واجسادهم وانهم بكل مكان يظهر منهم ايات وعضايب . فامر باجواق اجسادهم يعني القديسين بكل مكان ولا يخالى شيئا منهم في مملكته . واتوا بعض مومنين فاخذوا جسد القدیس یعقوب . واتوا لا بورشليم ووضعه عند القدیس بطرس الرهاوي الاسقف . فلم يزل عنده الي زمان ملك مرقيان . عند ذلك اخذه القدیس بطرس واتى به لا ديدان مصر لا مدينة الباهيسا . فاقام هناك ايام ومعه اخوه . وحينما هم يصلون وقت الساعة السادسة والجسد فيما بينهم ظهر له القدیس یعقوب مع جماعه من شهدا الفرس وعليم زي الفرس ورتلوا معهم وباركوا عليهم وطلبوا عنهم بعد ان قال القدیس ان جسدي يكون هاجنا كما امر السرب . وبعد

وهد ذلك اراد القديس بطرس العودة لا بلاده . وطلب اخذ الجسد معه وحمله في البحر
وخالف القول . فخطف من بين اباديم لا المكان الذي كان فيه .

Hoc die (xxvii. Hatur, seu Novembris) Martyrium subiit Sanctus J. cobus Intercifus . Hic erat ex militibus Secredis (sic Idgederem corrupte adpellat) Filii Saporis . Perfarum Regis . cujus quidem amicitiam , benevolentiam , atque familiaritatem ita sibi comparaverat , ut omnibus de rebus ab eo in consilium adhiberetur : propterea Sancti Jacobi cor a cultu Christi declinavit . Ejus autem mater , uxor , & soror intelligentes , ipsum in Regis sententiam concessisse , scripserunt ad eum , dicentes . Quid ita vero , ejurato in Cbristum Fide , elementorum creatorum , seu Solis , & Ignis cultum sequeris ? Nunc autem certo scias , si quidem in hac sententia perseverare ratum est tibi , nos a te prorsus esse abalienatas . Lectus hujusmodi literis Jacobus totum se lacrymis dedit , & : Si ideo , inquit , consanguinei , & adfines mei a me abalienati sunt , quid facturum esse putem Christum Dominum i Coepitque legere Nazarenorum libros , & a servitute Regis terrae sese abstulit . Qua de re certior Rex factus , Jacobum arcesseri iussit , eumque de Religione interrogavit , atque in ea , a qua ipsum abducerat , compertum , summam in eum crudelitatem exercuit ; mox in sententia constantem , cultellis membratim concidi imperavit . Ei igitur manuum ac pedum digiti , coxae , & brachia refecta sunt , atque in duas & triginis partes divisa . Ille vero ad singulorum membrorum sectionem Dei laudes occinebat , & : O Deus Nazarenorum , aiebat , suscipe ramum arboris , secundum misericordiam tuam ; quoniam , vinitior quum vitem exputat , ea uberius inde progeminat , ac radices dilatat ! Quumque caput solum cum pectore , & ventre superesset , animadverteretque , imminere jam horam , qua spiritum traditurus esset , oravit Dominum pro mundo , & populo , suam , nimirum , ut illis misericordiam imperiret : & , mihi , aiebat , manus desunt , quas ad te extendam , ecce autem membra mea circum projecta , suscipe Domine animam meam . Illico adparuit Christus Dominus , eumque solatus est , atque confirmavit . Quapropter exultavit anima ejus , & priusquam spiritum emitteret , adcedens o militibus unus , ei caput amputavit . Atque ita factum est , ut Jacobus ad Christum , quem dilexit , in mansiones lucis emigraret . Ejus Corpus , ac membra pii homines quidam collegerunt , eaque , syndone rite obvoluta , honesto loco posuerunt . Ubi vero ipsius Martyrium mater , uxor , & soror cognoverunt , vehementer conlactatae sunt ; & venientes ad locum , in quo sacra Lipsana adserabantur , ea deosculatae sunt , ac linteis pretiosis , atque aromatibus stentes cooperierunt . Sub Honorio , autem & Arcadio , pii Imperatoribus , ibidem Ecclesia cum Monasterio aperstructa fuit .

Ejus Corporis translatio in Aegyptum ,

Postea vero quum de Monasterio , deque virtutibus , ac prodigiis , quae ex Martyrum Lipsanis assidue prodibant , certior factus esset Perfarum Rex , ea comburi iussit , ne ulla scilicet Sanctorum memoria in Regno suo superesset . Verum fideles quidam B. Jacobi corpus praeriperunt , illudque , Hierosolyma delatum , apud Sanctum Petrum Edesenum , Episcopum , deposuerunt , usque ad Marciani Imperatoris tempora . Inde vero Tabennam Aegypti in urbem profectus S. Petrus illud secum detulit , atque ibidem cum fratre suo aliquandiu commoratus , quum horam sextam , S. Corpore in medio posito , persolverent , adparuit B. Jacobus , choro Martyrum Perfarum , Persica veste indutorum , stipatus , & una cum illis psallerunt , eoque benedicens : quum Jacobus diceret : Corpus meum heic remanere vole , sicuti praecipit Dominus : ab eorum oculis omnes se subtraxerunt . Petrus porro Sancti Jacobi dicto minime obauduit . Nam paullo post inde in patriam cum fratre reversurus , sacrum corpus secum in navim asportavit . At de eorum manibus corpus ablatum , in eundem locum , ex quo delatum fuerat , restitutum est . Hucusque Synaxarium Copitarum . Unde autem hanc translationis Reliquiarum S. Jacobi historiam hauserit , nos prorsus laet ; quum in vita Petri Edefeni , Episcopi Hierosolymitani , ne verbum quidem de ea occurrat , nec Tabennae , quod sciam , vel fragmentum ex ossibus ejusdem S. Jacobi reperitur . Quid ? quod S. Jacobi Intercifus corpus ex Perside in Italiam a Cyrillo Romano olim deportatum , ejusque caput a Jordano Cardinale Urfino Vaticanae Basilicae , ubi etiamnum adservatur , dono datum , liquet ex adcurato ejusdem S. Jacobi Martyrii compendio , quod in Lestiones tres distributum , una cum ipsius Officio , sub Ritu duplici a Clero laudatae Basilicae celebrando , refert Breviarium Vaticanum , autoritate Clementis X. Pont. Max. editum ,

Atque in Italian .

مومتلا فقعل جلقلا كنع
عهه معلق جلقهسج دمللك لا
بعقده : نيسل انقد سجا رلاملا
سجرا اللللا امسلله منصحا انه
جالر موملسه لجمه يعف . صخلف
امسلا امر جللمل : مملك انقد : لا
امسرا مضلمله لمصلد شمسجل
دمللمله : مللمله انقد : موملا
نل لمل موملا ممل : مملد جالم
علالمه . دمضرا كذا هململه
ملك انقد : لا بللمسر بقلف
مل مومله لم دمللمه علالمه .
الا مومله مل انقد ان مقلمله
معللمل نلمل مملل : نيسل انقد :
مملك معللمله ممل دللملا لا
كلسه ممل موملا امسلله : نلمل :
ململمملم ممل همسه لسه
كململ : نلمل انقد همله لمل :
دململه سمل مالمدهملم . همملا
نململه انقد : مملك انقد : مملله
ممللمله لمم للمم دللمله . ان
نململه نلململا دللملا كلسممه
لا لمللمه هلمملا موملا مملله
دللمله نلملمه دللملا : نيسل
انقد : لا هململه انق نر مملك .
ململململم لم للمم دمللم
دللمله نل بللم . دللملا لم
علله دللم بللمله مملله نلمله
دللملا كلسممه انقد انق : الا مملله
نلململه نلملمهمهمهم
نلملمه نلملمه نلملمه الللملا
همله دللململه هلململه سملله
نلململه نلململه نلململه همله
ملململه لملله نلململه همله :
ملململه لملله نلململه همله
ملململه لملله نلململه همله :
ملململه لملله نلململه همله :
ملململه لملله نلململه همله :
ملململه لملله نلململه همله :

Majorum meorum aevo Religionis tuae
professores hunc errorem tueri, atque dis-
feminare tentarunt , proptereaque Regiis
edictis rebelles, & perversaciter resistentes
teterrimis suppliciis perierunt . Cui incly-
tus Martyr : Nihil est, inquit , quod eni-
xioribus precibus a Deo efflagitare so-
leam, quam ut , *moriatur anima mea mor-
te iustorum, et fiant novissima mea ipsorum
similia* . Tum Rex : Discite, proterve, impe-
rium pati, & Regum edicta revereri . At
B. Jacobus : Hanc mortem non esse ajo,
sed quandam potius somni imaginem, qua
quis sopitus ad horam mox evigilat . Cui
Rex : Vide, ne ista tibi Nazareni falso ob-
truserint, ajentes, mortem esse somnum ,
ideoque minime pertinescendam . Mors
Dynastas, & Reges terret . At Jacobus :
Dynastas, & Reges, atque omnes Dei con-
tentores mortem extimescere, non miror;
norunt, scilicet, quae, dum viget aetas,
admittunt crimina . Sic enim Sacrae Lite-
rae nos docent : Mortuus est , ajunt , im-
pius, & periit spes ejus, & spes impiorum
peribit . Tum Rex : Scilicet nos impios ju-
dicatis, o Nazareni, otiosum, & inutile
hominum genus, qui nec Deos colitis, nec
Solem, & Lunam, nec Ignem, & Aquam,
claram nempe Dei sobolem ? Cui Jacobus
respondit : Non mihi te, Rex , inculpandi
animus fuit, quia quos hac pugna dignos
putavit Divinarum Literarum Author
Christus hifce praemonuit verbis : *Venit
hora, in qua omnis, qui interficit quemquam
ex vobis, arbitretur, se obsequium praestare
Deo* . Neque ajo, vos, dum nos occiditis,
illum obsequium praestare Deo, sed id tan-
tum contendo, vos, vestro errore occupa-
tos, intimam prae ceteris gentibus Dei no-
titiām falso jaetare, dum inanima corpo-
ra, & muta animantia adorantes, incom-
municabile Dei nomen rebus ab ipso con-
ditis commune arbitramini : quo scelere
illius indignationem certissimam incurri-
tis, qui vos imperio auxit . Earum contra
rerum gratiam frustra aucupamini, quae
prodesse perinde ac obesse queant nemini .
Post

Num. 23. 10.

Mors infor-
num fomal
imago .

Prov. 10. 12.

Divinarum
Literarum au-
thor Christus.
Job. 16. 2

Del nomen
incommunica-
bile .

... *(Arabic text)*

... *(Arabic text)*

qui habitat in Caelis, in hunc modum precatus est: Accipe Domine, & exaudi preces Jacobi, humilis servi tui, & nunc tribue virtutem seruo tuo, & discerne filium ancillae tuae, qui invocat te in hac hora, & fac mecum signum in bonum, ut sim documentum omnibus diligentibus nomen tuum, qui pro nomine tuo persecutionem passi sunt, & modo patiuntur; & quum vicero in virtute tua magna, & accipero coronam cum Electis, qui dilexerunt te, & coronati sunt, videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adjuraviisti me, & consolatus es me.

Pf. 85. 17.

Ibidem.

Frustra ad disc. simulandis Religionem tentatur.

Supplicatione Hac absoluta licetores extemplo hominem corripunt ejusque manum immaniter distendunt, ferrum expediunt, simulque ad eum se converentes: Delibera, inquit, quid tibi pro salute tua statuendum sit, nec enim morae locus est; sed instant, qui te membratim concidere actutum parant: & primum quidem manuum, pedumque digitos singulatim tibi abscindendos cogita, deinde brachia, tum coxas, & crura, postremo caput. Age ergo huc animum intende, & delibera quod mavis, utrum, videlicet, uno verbo certum exitium velis avertere, an contra propositi tui tenax, variis, iisque horrendis suppliciiis macerari? Ceterum res ipsis Christianae Religionis hostibus lacrymas expressit, mirantibus renidens in eo aetatis flore decus oris, egregiam formam, & dignitatem totius corporis, confertique omnes circum B. Martyrem instabant, ut Religionem suam ad punctum temporis dissimularet: Ne quaesumus, ajebant, mala tibi tot, ac tanta tute ipse accessas, ut peareas; tantum Regio imperio semel obsequere, mox ad tuam Religionem rediturus.

Tunc vero B. Jacobus frequentissimum Populum compellans: parcite, inquit, lacrymis quicumque in mea causa stetis. Quin potius periculum vestrum formidatis? Quin itidem lamentamini? Quandoquidem perniciosis rerum fluxarum blandimen-

Egregia ejus ad populum oratio.

reliâta sinistra dexteram dumtaxat partem adtondent? Quod si vilis oviculae lana ton- detur diligentissime, ne animal ipsum gra- vetur, aut tonfores artem neglexisse ar- guantur, quanto aequius est, me habere Deo gratias, ipsique acceptum referre be- neficium, qui ovium suarum gregi me ad- numerare dignatus est, deinde tonforibus offerre me, velut illum Dei Agnum, Cru- cifixoribus suis traditum, pro quo hac mul- tiplici nece nunc immolor?

Quamobrem ad sinistrae manus digitos conversi carnifices, auricularem ante alios praecidunt. Quo amputato B. Jacobus ma- gna animi constantia sublatis in Caelum oculis: Parvulus, inquit, coram te adsum, Deus Magne, qui te parvulum effecisti, & parvu- los, mei similes, extulisti per sacrificium tuum, pro universo mundo oblatum. Pro- pterea lubens, ac laetus animam, & cor- pus meum tibi committo, quoniam tu Domine tempore suo istud integrum, tum eximiis ornatum doribus, vitae restitues. Continuo annularem obruncant. Quo fa- cto, vehementius in amorem Domini sui Jacobus exardescere visus est, quum dice- ret: Septies ad septimum digitum conlau- dabo te, Pater, & Fili, & Spiritus Sancte. Eodem momento octavus digitus abscindi- tur, & Jacobus: Octavo, inquit, die cir- cumciditur puer Ebraeus, & ab incircum- cisus segregatur; & ego, tuus iridem ser- vus, cordis mei adfectu, & mentis meae cogitationibus ab immundis, & incircum- cisus istis me ipsum segrego. Te quippe solum *sistivit anima mea, Deus meus, quan- do veniam, & videbo faciem tuam?* Simili- ter postquam amputaverunt nonum: Ho- ra, inquit, nona in Cruce, Domine, mor- tem subiisti pro peccatis nostris, & nunc etiam in nono digito confitebor tibi, Chri- ste; quoniam ego quoque servus tuus in tormento distendi merui, qui palmites cor- poris mei dedi, pro nomine tuo amputan- dos. Quum decimum digitum Carnifices itidem obruncassent, B. Martyr in divinas laudes effusus: Per elementum Jod, ait,

... *Per elementum Jod, ait, re-...*

SS. Trinitatem conlaudat

7f. 42. 2.

Per Jesum Sa- lus mundo co- lata.

re-

لست في جسدي : جسد متين
متين بحيث تحتل تحتل
جسد اغتص له معزة : لا فخذ
عقد حلال .

منذ افنخ له تحتل في
نجد اني اني اني اني اني
حقه تحمير فقتن منعبد اني
جسد : اني اني اني اني
جسدك عقمه منسود حنج
جسد لعلل لا لعمد : سوه
بد يعمر ولا لاج من جلد
نيل فليل عسك لند هيل
اني لى : منعب اني جده
ملاشك حنق تله لند فقتن :
لند لند منعب اني اني
لى جده منعب جده جده
جدا فقتن منب منه ل
جلد : جت لى ك جاند
ملاشك يعر . اني جده
جده اني اني اني : اني ج
لا اني جده يعر منب اني
كده ملشم جت اني كده
جده اني اني كده جده .
جده اني جده يعر : منب
لا لند ملشك سدا جده :
جده منب كده كده منب
فقتن اني لند .

سج حنق جب لهك اني :
منب نند كده منب كده :
جده اني كده كده جده
انني كده كده : انني كده
لعلل : لند اني اني
لى من لند اني جده : جده
جده منب منب انني كده :
كده جده انني كده انني
انني : كده جده كده
كده بل اني لند لند
كده منب كده كده كده :
لند منب منب كده كده
فقتن منب انني كده :
انني

rerum omnium numerus, & summa colligitur, perque idem elementum millia, & Myriades supputantur; ita per Jesum salus mundo conlata est *. Propterea & ego minimus in psalterio decachordo psallam gloriae ejus, qui me hoc sacrificio dignum effecit, ut pro fidibus, ex intestinis ovium confectis, psalterii mei chordis, & quidem dissectis, eidem laudis hymnos concinam. Mox suavi voce occoepit dulce carmen modulari.

6

Haec rursus a Judicibus S. Martyr interpellatur, suggerentibus rem etiam, dummodo ipse adnueret, in integro esse, nec de salute desperandum; nam etsi decem digitos amisisset, non defuturam tamen faucio corpori peritissimorum medicorum curam, si in sua ipse pervicacia obfirmatus exitium sibi lubens non adficeret: Mirus tecum ipse agito, aiebant, noli lucis hujus jucundissimae usuram abicere. Suppetunt tibi amplissimae opes, quibus & valetudinem recuperare, & inde vitam lautissimam, omnique deliciarum genere refertam, traducere queas. Enimvero si rei familiaris angustia laborares, aliquid jure videri posses tuae pertinaciae obtendere, diceres, nempe, sublato tibi manuum usu, simul omnem quotidiani victus parandi rationem esse sublatam. At te, sciunt omnes, tantis praeditum opibus, ut tibi etiam otioso numquam sit defuturum, quo liberaliter, & splendide vivas. Quod si conjugis cura angere te dixeris, mirum id sane sit, quum illa in Huzitarum terris domicilium fixerit, tu vero Babylonem perpetuo incolas. Postremo tecum ipse cogita, utrum verbum unum reticendo, tua, teque simul perdas, an illud proferendo praesens supplicium deprecari certissime possis.

Iniqua Judicis consilia

At B. Jacobus nefandi consilii persuasores severis oculis intuens: Fierine posse putatis, respondit, ut quispiam haec duo maxime pugnancia conjungat, ut ipse, videlicet, post admotam aratro manum, relicta retrospiciat, & nihilofecius aptus, dignusque sit Regno Dei? An vero uxorem,

Jacobus contemnit.

Matth. 10. 39.
Ibid. 19. 29.

rem, aut matrem Deo anteferam ? cuius illa sententia : *Quicumque perdet animam suam propter me, inveniet eam. Et: Omnis qui reliquerit patrem, & matrem, & fratres suos. Et, quicumque dilexit, & diliget me, & sequetur me, vilem dabo ei, & requiem sempiternam, Quorsum ergo ista jactantur, mihi noxia, & vobis ruinae occasionem praebitura ? His itaque missis, ea, quae jussi estis, confestim exsequimur : quo in negotio vos de vestra acerbitate nolim quidpiam remittere. Spe itaque dejecti Judices, quam coeperant cruentam hominis cladem prosequi licitiores jubent. Quamobrem ad pedem Martyris dexterum itum est, praecisusque est digitus maximus. Eo abscisso, inclamat Jacobus : Summae tibi, Deus magne, habendae sunt gratiae, quoniam carnem induisti, & lancea transverberatus, pedes tuos sanguine, & aqua, ex confosso latere tuo profluentibus, tinxisti, Quocirca & ego servus tuus corpus meum pro anima mea plecti non invitus patior, quum sit animae ipsius tecum, & domus. Quinimo laetor, quod abscissis, pedum digitis, sanguis promptius effluat. His dictis, ad proximum a pollice digitum deventum est, Quo itidem intercifio : Est haec, ait B. Martyr, totius vitae meae lactissima, & faultissima dies. Enimvero anteaquam hanc in arenam descenderem, in Divinis rebus minus accurate, atque religiose versabar, homo, nempe, secularibus negociis implicatus, & inutilium opum curis obrutus, quae maximos in errores inducere mortales confueverunt. Si quando enim precibus mihi Deum propitium reddere conabar, statim secularium rerum amor mentem alio referebat, aufugiente animo ad ea, quae amabat ; & quamvis cum Deo habere sermonem, supplicationisque operam dare videbar, aderam tamen, simulque aberam : corpus habebat Ecclesia, anima, velut ab eo elapsa, per montes, & acquora oberrabat. Nunc vero abdicato seculo, ejusque negociis plane expeditus, ad alterum seculum, ante oculos meos posi-*

Seipsum confirmat.

illa confessione contentus est, quod dicitur : Quicumque perdet animam suam propter me, inveniet eam. Et: Omnis qui reliquerit patrem, & matrem, & fratres suos. Et, quicumque dilexit, & diliget me, & sequetur me, vilem dabo ei, & requiem sempiternam. Quorsum ergo ista jactantur, mihi noxia, & vobis ruinae occasionem praebitura ? His itaque missis, ea, quae jussi estis, confestim exsequimur : quo in negotio vos de vestra acerbitate nolim quidpiam remittere. Spe itaque dejecti Judices, quam coeperant cruentam hominis cladem prosequi licitiores jubent. Quamobrem ad pedem Martyris dexterum itum est, praecisusque est digitus maximus. Eo abscisso, inclamat Jacobus : Summae tibi, Deus magne, habendae sunt gratiae, quoniam carnem induisti, & lancea transverberatus, pedes tuos sanguine, & aqua, ex confosso latere tuo profluentibus, tinxisti, Quocirca & ego servus tuus corpus meum pro anima mea plecti non invitus patior, quum sit animae ipsius tecum, & domus. Quinimo laetor, quod abscissis, pedum digitis, sanguis promptius effluat. His dictis, ad proximum a pollice digitum deventum est, Quo itidem intercifio : Est haec, ait B. Martyr, totius vitae meae lactissima, & faultissima dies. Enimvero anteaquam hanc in arenam descenderem, in Divinis rebus minus accurate, atque religiose versabar, homo, nempe, secularibus negociis implicatus, & inutilium opum curis obrutus, quae maximos in errores inducere mortales confueverunt. Si quando enim precibus mihi Deum propitium reddere conabar, statim secularium rerum amor mentem alio referebat, aufugiente animo ad ea, quae amabat ; & quamvis cum Deo habere sermonem, supplicationisque operam dare videbar, aderam tamen, simulque aberam : corpus habebat Ecclesia, anima, velut ab eo elapsa, per montes, & acquora oberrabat. Nunc vero abdicato seculo, ejusque negociis plane expeditus, ad alterum seculum, ante oculos meos posi-

بهي ملينه خذل لك هيا لالت
 مبالجته انجا لس اخذته
 جانت مللت : مقعده لمت
 سمعته معف لمت : سمع
 غشا لمبالله مجر مذل
 دجلا كا ماعمت لتل انلا
 جلا سا لا سلب جلتا سم :
 معفته له ذلتا جهمت :
 مقعده كحس ، معذلا : مبل
 الهذ : جلت ، معذلا لا سم
 معذلا مبالجر معذلا معذلا
 سم سم سمعت : اله مبال
 جهذلا مع ذلت لا انجا سم : معذ
 اله مع مبل جتقلم لا
 بلت اله : مقعده لمت
 جتامت : الهذ دم كلس مبال
 هلمه كالا كلت مبالجفت
 معس مع لتل كاله جتامت :
 مقعده لمت جتامت الهذ : سم :
 جتلب اله : جهذلا معذلا جتلا
 معذلا ذلا سم لا اله : مقعده
 لمت ذسلا الهذ : سلب
 اله لمبال دلمذ اله خلة :
 مقعده لمت لسمع اله اله
 دمع اله اله اله اله اله
 جوب لتل جس الهذ الهذ مع
 معذلا لا مقسم : لت اله مقم
 تبال مبال اله لا سلب خلا
 لمتا مبال جتلا : معذلا سم
 تلسم الهذ مبال لمت
 سم سم : ل سم اله اله
 كسمه اله كسمه لمتسم
 جهذلا سم مع هتلا مبال جسر
 تل اله مقعده خلا لمتسم
 الهذ لمتسم : معذلا سم
 اله مبال : سم اله اله
 معفة اله سم سم سم
 مبالجر الهذ الهذ الهذ
 بهي له ذس مقل : معذلا
 خذ دم مقسم سم مبال
 معذ

fitum, tota animi contentione progredior ;
 propterea laetus, ac beatus toto supplicii
 hujus tempore, voce inter poenas minime
 titubante, laudis hymnos sum modulatus
 illi, qui me dignum fecit, ut hos crucia-
 tus perferrem. Mox tertium digitum li-
 ctiores scindunt, ac B. Martyri spectandum
 offerunt, ad quem adridens ille: Tu quoque,
 ait, socios sequere; neque id tibi molettum
 fit. Nam quemadmodum granum frumen-
 ti, terrae dudum commissum, mox aperient
 se vere deperditos reperit socios, haud
 secus & tu decretorio illo die, quo corpora
 nostra speramus revictura, gratulaberis
 tibi tuos germanos fuisse momento tempo-
 ris receptos. Mox etiam quartus succidi-
 tur, quando B. Martyr se ipsum compellans
 : Quid, ait, fluctuas, anima mea, &
 tristis es? *Spera in Deo quoniam adhuc con-
 fiebor illi salutare vultus mei, et Deus meus.*
 Amputato similiter quinto: Nunc, inquit,
 coram Domino loqui exorsus sum, qui haec
 voluit, & me isto dignatus est certamine,
 cui simile nullum ego haecenus videram, &
 vires, ne succumberem, opportunas suppe-
 ditavit.

Pf. 42. 5.

A dextero ad sinistrum pedem sine
 cunctatione veniunt Satellites, inchoata
 a breviori digito caede, quum B. Martyr
 ait: Digitus, quem minimum dicunt, mi-
 nimus esse desiit, quando minimi perinde
 ac maximi rationem habitum iri credimus.
 Jam si unus capitis capillus haudquaquam
 est periturus, non est profecto dubitandum,
 ne tu ex fratrum censu modo expunctus
 perpetua mortis oblivione obrutus pereas.
 Inde in secundum digitum faevitur; eoque
 abscisso, S. Dei Martyr exsiliit gaudio, &
 licitoribus insultans: Agitedum, ait, di-
 ruite fatifcentem vetustate domum, aliam,
 nempe, hac longe ampliorem, nobiliorem-
 que statim construendam esse, scimus. Jam
 tertium digitum culter abstulerat, quum
 B. Jacobus carnifices itidem irridens: Sci-
 re, nimirum, vos arbitror, ait, rotam, quo
 validus crebriusque percutitur, eo rapido-
 ri vertigine moveri, atque id quidem sine
 dolo-

LUC. 21. 18.

ܕܥܘܢܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܝܗܘܘܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܝܗܘܘܐ
 ܕܡܪܝܬܐ ܕܝܗܘܘܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܝܗܘܘܐ
 ܕܡܪܝܬܐ ܕܝܗܘܘܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܝܗܘܘܐ
 ܕܡܪܝܬܐ ܕܝܗܘܘܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܝܗܘܘܐ

runt, eademque in arca simul cum trunco corpore studiose composuerunt; sanguinem quoque, qui longo supplicii tempore defluerat, humumque circa madefecerat, totum solícite collegerunt.

Ignis de Cae-
 lo inlapsus sa-
 guinem exfu-
 dit.
 Pf. 50.

Accidit iterea, ut, nobis Christianis occinentibus Plalmum *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*, subito inlapsus de Caelo ignis urnam circum invaderet, & B. Martyris sanguinem, tum qui in vase repositus, tum etiam qui linteolis exceptus fuerat, aut terram asperferat, univ-
 sum exfugeret. Quo ostento supra quam dici potest perterrefacti, prostrati-
 que humi omnes provolvimur. Ex ea flamma purpureum, & roseo similem, colorem S. Martyris membra traxerunt. Nos vero trepidi, ne Caelestis ille ignis in nos invaderet, supplices B. Jacobi opem exposcimus universi, qui eo viso digni habiti fuimus. Per hunc modum, favente gratia Domini Nostri Jesu Christi, a quo adjuti fueramus, ut ad eum confugeremus, ejusdem S. Martyris corpus secreto humavimus, non tamen procul a metu persequu-
 torum, auxiliante nobis gratia, & misericordia Christi, qui Martyres cor-
 nat; cui proinde una cum Patre, & Spiritu Sancto sit laus, & honor, & ado-
 ratio, nunc, & semper in seculum seculorum. Amen.

Scriptor testis
 oculatus.

SS. Invocatio.

S. Jacobi Cor-
 pus tumulo
 conditum.

ADNOTATIONES.

(1) Concinit Mombritius; Sed pro *Vara-
 rane*, Persarum Rege, corrupte scri-
 bit *Arara*.

(2) *Beth-Lapeta*, seu *Lapeta*, Huzitarum,
 quos Menaea *Eleuzefos* vocant, Metropolis;
 Surius, alique perperam legunt, *Beth-Labam*,
 & *Elapen*.

(3) *Rex*; intellige Vararanem, de quo supra.
 Mombritius autem, S. Jacobum tem-
 poribus Germani, Persarum Principis, conqui-
 situm esse, putide fabulatur. Nullus enim hu-
 jus nominis Princeps in historia Persica occur-
 rit.

(4) Hinc liquet, S. Jacobum sub Vararane
 Rege, non vero sub Isdegerde, ejus patre, a
 quo magni habitus est, Martyrium, ut vulgo
 creditur, pertulisse.

(5) Traditionem, seu Ritum, precandi,
 & Ecclesias ad Orientem construendi, quae
 etiamnum apud Orientales viget, ab Apo-
 stolis acceptam testantur Clemens lib. 2. Con-
 stit. Apost. 507. Justinus Martyr ad Ortho-
 dox. quaest. 118. S. Athanasius de plur. & nec-
 cess. quaest. 14. S. Basilii lib. 2. de Spiritu
 Sancto cap. 27. Augustinus lib. 2. ferm. Dom-
 cap. 9. alique plures, quos videtis apud Du-
 rantum de Ritibus Ecclesiae Catholicae lib. 1.
 cap. 3. num. 3. & seqq. necnon apud Hilde-
 brandum in suo Rituali Orantium cap. 1. §. 1.
 & seqq. De moralitate autem hujus discipli-

nae adcurate egit Jacobus Thomas Differt.
 de Ritu precandi versus Orientem, Lipsiae
 anno 1670. edita; ubi & causas ejusdem va-
 rias a variis adlatas, diligenter exponit; &
 cap. 12. §. 122. & seqq. adprobat opinionem
 illorum, qui censent talem Ritum, ideo pri-
 scis Christianis placuisse, ut admonerentur
 homines, Ecclesiam, veluti e nocte, ac tene-
 bris Vet. Testam. in lucem diemque Foede-
 ris novi emeruisse per praedicationem Evan-
 gelii de Christo. Aliam hujus Ritus causam
 adsignat Scriptor quaestionum ad Antiochum,
 responsione ad quaest. 37. tom. 2. Operum
 S. Athanasii: ut nimirum Fideles in amissam
 exoptatam Patriam Paradisum, quem Deus
 plantavit ad Orientem, precantes intueren-
 tur. Christianorum tamen propria non fuit
 haec orandi disciplina; nam communis fuit
 & Gentilibus, & Ebraeis; ut ex Plutarcho
 in Numa, Luciano lib. de Domo, & Joso-
 pho lib. 2. adversus Apionem demonstrari fa-
 cillime possit. Porro adeo prisca Fidelibus,
 uti & Orientalibus hodie, placuit mos re-
 spiciendi ad Orientem, ut nedum viventes il-
 lum in precibus religiose fervarent; verum
 etiam mortuis, eorum corpora supina in se-
 pulcheris facie Orientem respicerent: quod ab
 erudito Casalio notatum est de veter. Sac.
 Christ. Ritib. cap. 4. apud Meratum in Obser-
 vationibus ad Thesaurum Sacrorum Rituum

« Gavento editum, Tom. 1. pag. 1. Sed de his fufius in Catalogo Codicum mſe. Orientalium Bibliothecae Mediceae Laurentianae & Palatinae differimus.

(6) Elementum γ . γ od Alphabeti Chaldaeorum, feu Syrorum, & Ebraeorum decimum eſt, & decimum pariter numerum designat. Numeri etenim apud eas gentes nonniſi literis Alphabeticis notantur. Porro Mombrinius hunc Acto-

rum locum ſic interpolat. *Inciditur decimus (digitus) & alii: Decimus numerus eſt in prooceptis, & γ o, prima littera nominis γ efu Chriſti.*

(7) Pro anno Alexandri 733. & Varanis 2. ex calligraphi oſcitantia in Codice noſtrum obrepſit *annus Alexandri 762. & Varanis 1.* Sed de his in Admonitione noſtra ſuperius dictum eſt fatiſ.

FINIS PARTIS I.

I N D E X

I N A C T A

MARTYRUM ORIENTALIUM

Paginae Praefationis indicantur numeris Romanis; Martyres, quorum Acta aut Passiones exhibentur, majusculis literis notati sunt.



A

- A** BAS Presbyter & Martyr, Sanctorum Abdae & Ebedjesu Episcoporum Socius 144.
 Ejus memoria & cultus 141.
 — Martyrii tempus 143. 162.
 — Acta Graecis olim nota 141.
- Abdalla Abugiapharus Almanfores Mahometanorum Chalipha, seu Imperator, 38.
 Magiam publico Editio in Perfide proferibit 40.
 In Magorum Principes animadvertit *ibid.*
- ABDALLAHAS Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjesu Episcoporum Socius, 144.
 Ejus memoria & cultus 141.
 — Martyrii tempus 143. 162.
 — Acta Graecis olim nota 141.
- ABDALLAHAS alter Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjesu Episcoporum Socius 144.
 Ejus memoria & cultus 141.
- Martyrii tempus 143. 162.
 — Acta Graecis olim nota 141.
- ABDALLAHAS tertius Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjesu Episcoporum Socius 144.
 Ejus memoria & cultus 141.
 — Martyrii tempus 143. 162.
 — Acta Graecis olim nota 141.
- Abdalmalechus Chalipha Mahometanorum 163.
- ABDAS, sive *Audas*, Episcopus Cascarae & Martyr, cum triginta novem Sociis 144.
 Visione S. Simeonis Bar-saboë ad Martyrium excitatur 158.
 Ejus memoria & cultus 133. 141.
 — Martyrii tempus 143. 162.
 — Acta Graecis olim nota 141.
- Abdas Episcopus Sufae, & Martyr XLII. 80. 231.
 Filium Regis Perfarum energumenum sanat, LVII.
 Templum Igni Perfarum Deo consecratum destruit; unde atrox in Christianos persecutio LII. 231.
- ABDHAICLAS, aliis corrupte *Abdecblas*,
 K k 2 las,

- las, Abdecbalaas, Abdellas, & Abidelas, Presbyter & Martyr, Sancti Simeonis Bar-saboë Socius* 10. 21. 35.
 Ejus memoria & cultus 6.
 — Martyrii tempus LXXII. LXXV. 31.
 — Nominis ethymologia 36.
ABDIAS Diaconus & Martyr, SS. Abdae & Ebedjesu Episcoporum Socius, 144.
 Ejus memoria & cultus 141.
 — Martyrii tempus 143. 162.
 — Acta Graecis olim nota 141.
Abdjefus vide Ebedjesus.
ABJATHA Virgo & Martyr, S. Narseitis Episcopi Socia 101.
 Cujus Virginum classis fuerit 52.
 Ejus memoria & cultus 96.
 — Martyrii tempus 97.
 — Acta Graecis olim nota, & ab-
 iisdem vitiata 96.
Abibus vide Habibus
Abraham Patriarcha 218. 225.
Abraham Scriptor Syrus 40.
ABRAHAMUS Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjesu Episcoporum Socius 144.
 Ejus memoria & cultus 141.
 — Martyrii tempus 143. 162.
 — Acta Graecis olim nota 141.
ABRAHAMUS Martyr, SS. Saporis & Isaacii Episcoporum Socius 226.
 Ejus Martyrii tempus 97. 225.
 — Acta Graecis Latinisque ignota 226.
 — Corpus Edeffae adservatum ibid.
ABROSIMUS, Graecis corrupte *Eboras*, Presbyter & Martyr, S. Milis Episcopi Socius 66. 76.
 Ejus memoria & cultus 60.
 — Martyrii tempus 65. 79. 83.
 — Acta hucusque ignota 60.
Abtusciatas, Graecis corrupte Abiffotas, corpora SS. Jonae, Brichjesu & Sociorum Martyrum redimit, tumuloque condit, 224. & seqq.
Abulpharagius vide Bar-Ebraeus
Abun, seu Avun, vide Aones
Acacius Episcopus Beroeae a solo Eusebio Samosateno ordinatus 140.
ACEPSIMAS Episcopus Honitae & Martyr, cum duobus Sociis 171.
 Ejus memoria & cultus 168.
 — Martyrii tempus 171. 193.
 — Acta a Graecis interpolata 168. 208. & seqq.
 — Nominis ethymologia 208.
 Alius ab eo, quem Graeci die tertiae Novembris laudant 169.
Achaeus Episcopus Seleucia & Ctesiphontis, Scriptor Syrus LXIV.
Achar, seu Achad, vide Nisibis
Achas Coenobiarcha, S. Aonis Discipulus 140.
Achumedes Syrorum Orientalium Episcopus, Magorum plurimos ad Christianam fidem convertit 40.
 Acta Martyrum singulis diebus recollenda 148.
 Ex genuinis Martyrum Actis ad Catholicam veritatis propugnationem arma desumenda xxxiv.
 Quis Actorum Martyrum Orientalium Scriptor? XLII.
Adaeus Discipulus, qui & Thaddaeus, Orientis Apostolus, & Cathedrae Seleucienfis fundator LXVI. 2. 4.
Adanensis Episcopus Scriptor Syrus LXV. LXXII.
Adarcurcafcarius, Graecis corrupte Adrachus, Hadjabi Praefectus, Christianorum persecutor 183. 197. 208. Adar-

- Adarcufnafaphus Praefes, Christianorum persequutor 100.
- Adarphares Praefectorum Princeps, Graecis corrupte Adelphar & Adelpher, Christianorum persequutor 132. 135. 141.
- Adarfapores, aliis perperam Atarfacares & Ardafapor, Praefectorum Provinciarum Orientalium Princeps, Christianorum persequutor 190. 208.
- Addas Manctis Discipulus 209.
- Adjabene *vide* Hadjab
- Adnunciationis, sive Nativitatis Dominicae jejunium apud Orientales 163.
- Adonis lapsus de tempore Passionis Plurimorum Martyrum, qui anno secundo Saporicae persequutionis coronati sunt 44.
- Adolefcens cruribus pedibusque captus fanatur a S. Mile 76.
- ADRANE Virgo & Martyr, SS. Abdae & Ebedjesu Episcoporum Socii 144.
- Cujus classis Virginum fuerit 52.
- Ejus memoria & cultus 141.
- Martyrii tempus 143. 162.
- Acta Graecis olim nota 141.
- Adsumtionis, sive Migrationis Deiparae Virginis jejunium apud Orientales 163.
- Aera *vide* Epocha
- Aethiopum Apostoli LXVI.
- Agas Persa Episcopus & Martyr 133.
- Agathias Scholafticus seriem Regum Persarum describit LXIX. LXXVI. 233.
- Ejus lapsus LXXVII. 102.
- Aghacus S. Adaei Discipulus, Orientalis Apostolus LXVI.
- Aghaeus Christianae fidei defertor 128.
- S. Barhadbecfiabam Diaconum occidit 129.
- Horrendissimo mortis genere interit 130.
- Ahvaz *vide* Huzitarum regio
- AJABEL Presbyter & Martyr, SS. Abdae & Ebedjesu Episcoporum Socius 144.
- Ejus memoria & cultus 141.
- Martyrii tempus 143. 162.
- Acta Graecis olim nota 141.
- AITHILAHAS, aliis corrupte *Acitalas*, *Aitbalas*, *Aitbilas* & *Aitallabas*, Diaconus & Martyr, S. Acpsimae Episcopi Socius 128. 171. 185. 194.
- Ejus memoria & cultus 168.
- Martyrii tempus 171. 206.
- Acta a Graecis interpolata 168. 208. & seqq.
- Nominis ethymologia 208.
- Albanus, Annibal S. R. E. Cardinalis, laudatur 8.
- Albanus *vide* Clemens XL P. M.
- Alcarch *vide* Carcha Beth-seleucia
- Aldoënsis, Stephanus, Patriarcha Maronitarum xxxi.
- Alexander Magnus 36. 63. 109.
- Quare Corniger dictus? 241.
- Ejus Epocha *ibid.* & LXXXI.
- Alexander Severus Imp. LXXVI.
- Alexander Episc. Constantinop. interitum Aarii a Deo impetrat 65.
- Alexandria urbs xxxii. 61. 71.
- Allatius, Leo, perperam Acta SS. Acpsimae & Sociorum Metaphrafti adscribit 168.
- Aloni *vide* Elanitae
- Altare Portatile, seu Viaticum 134.
- Ejus usus antiquissimus 141.
- Apud Orientales etiamnum viget *ibid.*
- Alte

- Altenavi, idest, duorum Deorum ad-
 fertor, 209.
AMA Virgo & Martyr, cum quatuor
 Sociabus 123.
 Cujus classis Virginum fuerit. 52.
 Ejus Martyrii tempus 123. 127.
 — Acta hucusque ignota 123.
Amida urbs XLIX.
 Perperam cum Martyropoli a Re-
 naudotio confunditur L.
 Ejus Episcopus Mareas ibid.
Ammonius S. Antonii Magni Discipu-
 lus 71. 81.
Amrus Matthaei filius, Scriptor Ne-
 storianus, XLIV. XLVII. LXV. 2. 39.
 Ejus lapsus de tempore, quo in Se-
